In laudem vberrimi huius nouicq cõmentarii Petri Ciruelli Darocensis In astronomicum Sphere mundi opusculum Petrus de lerma Burgensis ad lectorem.

SI iuuat astroq varios distiguere fluxus:
Etheris immensi normaq certa placet:
Qui celerẽ magno tardũq ĩ corpe gyr:
Miratusue soli grande requiris iter:
Si sapias: radium Darocensis poscito Petri.
Hunc pete: et inuento firmius adde fidem.
Sydera si veterum dicunt monumenta virorum:
Rara tamen varia suspitione carent.
Que siluit sacrum vulgato in codice bustum:
Sunt bene distinctis illa reperta notis.
Regius in spheram que mons dispendia iunxit:
Abstulit amplectens optima queq liber.
Concaua scrutatur conuexi pondera celi.
Et quibus assiduum tractibus illa rotent.
Oppositos dicas motus (mirabile dictu)
Si varias axes mens male cauta neget.
Tardaq miramur gelidi sarraca boote.
Illa neq oceani precipitata vadis.
Prima figurantur vacuo digesta profundo:
Sperica natiuis corpora firma locis.
Quinetiam paruis composta est machina cyclis:
Et facile exalto climata curua notant.
Quod spaciũ fuscos berecynthia traxit ad indos.
Stringat vt angustas nixq calorq vias.
Merserit oceani tellurem amplexa rotundam.
Fortis vt extremũ fregerit vnda solum.
Quid sua cuiq domus glaciali cedat ab arcto.
Quid fugit occasum latius addit opus.
Rorida diuerso tithoni climate coniunx
Quos premit: aut surgens porroget orbe dies.
Ut septem geminũ prestans mortalibus orbem:
Protrahat etatem cunctipotentis amor.
Torrida continuis nec feruet solibus estas.
Nec furit ardenti mota furore canis.
Parcit hyperboreis densari nubibus ether.
Gaudeat vt mixta dulcior aura vice.
Lumina das ritã. cursus nec longa diurni
Que videt arctoo bruma subacta polo.
Abstulit hyberne miseris fastidia noctis
Aurora in rubeis dum redit alta rotis.
Syderos ortus et casus explicat omnes:
Ut magis astronomo nota poesis eat.
Que cir a consurgunt signa/et que tramite recto:
Queq cadunt paribus sint tibi certa moris.
Quid rutilos properet vitrea mersarier vnda
Aut stimulet madidos surgere phebꝰ equos.
Uertentem signans epicyclũ eccentrica mõstrat
Corpora: secretum celsitonantis opus.
Scilicet insano piscorum nota labori.
Mundus et humana victus ab arte manet.
Orbis vt inscissus septena errantia versit.
Fixaq signiferi non fugitura gradus.
Ut fugiat titan/spirisq ingentibus erret:
Circumagat suetas cynthia pulchra vias.
Nec minus Enee matrem rimabere labi.
Mercurium gressus accelerare citos.
Felicemq Jouem. duri vel prelia Martis.
Saturniq grauem celsa tenere globum.
Est caput Augustum caudãq videre drachonis.
Perficit hoc rediens cursibus ãnus iter.
Uelatum tetra videas ferrugine solem.
Dum rapit emissum menstrua luna iubar.
Ternaq nascentis curuantur vt ora Diane:
Cernitur opposito pulchrior ore soror.
Lãpade nũc cassam fratris miserabere pheben:
Dum trahit obtusum pyramis atra caput.
Singula perspicue gracili digesta libello:
Auspiciis Daroce carpere lector habes.

Petrus de lerma burgensis ad autorẽ.

Secula nunc redeunt Alphonsi candida regis.
Descendunt alto sydera queq polo.
India vasta fauet. mirabitur arduus atlas:
Cui datur astriferum vertice ferre polum.
Exultat memphis: gaudet termaximus hermes:
Abdita qui dubio latius ore canit.
Nunc pholemee redis. surgis tu maxime cesar:
Tempora qui celo currere certa facis.
Non teneat stupidas celum vertigine mentes.
Nec putet ignotum currere phebus iter.
Ludere mortales latonia parcito sensus.
Nubila non fallent: nulla serena dies.
Jam bissena patent oblique insignia zone.
Panduntur cosmi lucida signa vagi.
Non valet ardentum numerus latuisse globorũ.
Concedunt radio sydera Petre tuo.
Te daroce cretum docuit salmantica felix.
Hinc sola se iactant vtraq leta viro.

Insuper et gallam siciens perductus ad oram:
Fontibus implesti guttura pariseis.
Non facundus abest sermo: dialectica solers:
Perspectiua subit/terpsichorea tibi.
Multiplicas numerum: demonstras arte figuras.
Et sacer (et mores) curat adesse liber.
Prouida quid possint nature iura latentis:
Dum sileat Petrus quis docuisse potest.
Adde q̃ humanos nunc nunc miserata labores
Urania: ex summa te dedit arce poli.
Hinc magis hesperie parta est tibi gloria nostre:
q̃ tua suspecto scripta timore carent.
Pallada nec parui est misisse a vertice puram.
Consentit scriptis queq̃ minerua sacris.
Quare age venturi felicia voluito secli
Stamina. cõmemorent tẽpora multa virum.
Longaq̃ fatales dum scindent fila sorores:
Parcaq̃ felici lumina sorte premet:
Tergeminũ ditis compescat guttura monstrum.
Sint procul eumenides. cymba charontis eat.
Spiritus astra petens eterna pace fruatur.
Famaq̃ virtutis pulset vtrumq̃ polum.

¶ Petrus Ciruellus Darocensis. Jacobo Ramirez Eusmano et Alfonso Osorio Clarissimis viris Ex Inclita Hyspanorum magnatum Stirpe. S. P. D.

Maiores nostros aurea dum illa se

cula tenuere viri percelebres: quibus humane rōis lumē ꝓspicuū/rectūq; vigebat dictamen ⁊ moralīū ingenia heroicas virtutes perpulchras animi dotes sūmope coluerūt: simul tūc optime queq; disciplinē hūane vite apprime necessarie reperte sunt atq; floruere Sic eēn apud egyptios gens sacerdotū soli cōtēplationi vacare dimissa liberales doctrinas (que mathemata vocant) astrorūq; pitiā iuenerūt. sic Socrates Plato Aristoteles ceteq; atheniēsiū phi rationales naturales ⁊ morales disciplinas bene beateq; viuēdi regulas tradiderunt. sic deniq; romanorū proceres reipublice feliciter gubernāde leges reiq; militaris modum prudēter excogitarunt. ceterūq; nacionū complures hac via effecti sunt sapientes. At vbi luxui/mollicei/carnisq; fomētis iudulgeri ceptū est: ferreaq; increuit tēpestas: mundus vti decrepitus caligātibus oculis legeq; nature obnubilata in oīmoda pcrōrum genera preceps decidit. pariterq; oīm studiorū genera obliuione capta misere moralīū animis exciderunt. Nec parua modo tugurria sed ⁊ sūmas orbis arces dira hec īuasit pestis. adeo vt reges principes et ceteri nobiles (quorū vigiliis assiduisq; sudoribus virtutes ⁊ sciēcie plantate culteq; extiterāt: ⁊ grāde susceperāt incrementū) primi ad vicia ꝓclives ab dolor appareant. eorūq; vestigia (veluti rectius de agēdis iudicantīū) totū pene vulgus sequtū īprobra cuncta effrene corruat. Et vt reliqua sciarū genera missa faciam⁹: liberales artes (que olim illustriū ⁊ ingenuorū hoīm vmbra tegebātur tuteq; manebāt) ita nūc ab eis negliguntur: vt vix earū noīa ꝓferenti aures īptiri dignētur: ⁊ ventri tantūmore pecudum pareāt: solas ve eas probent sequāturq; disciplinas que insanā opū cupidinē quoquo modo explere valeant: et (vt propheta lamentatus ait) a maximo vsq; ad mīmū oēs auaricie studeant. Verū quia malum aliquod integrū omīq; bonitate carēs esse nō pmittitur (nec eēn subsistere posset) benigna idcirco dei prouidēcia in tanta rei litterarie pnicie insignes quosdā (ne illa fundit⁹ interiret) mūdo statuit reseruādos. qui genua sua ante baal auaricie nō flexerūt. sed ⁊ virtutes et scias licito amore ꝓsequūtur. vnde ⁊ Johānes Pic⁹ italorū principū gloria nitidissimūq; ornamentū diebus hiis velut nouū sidus emicuit. qui oīm tā humanarū ꝗ diuinarū sciēciarū fastigiū adeo celeriter optinuit vt oē genus scibile anteq; adolescentiā excederet calluerit ⁊ quod is ignorauerit sapiat nemo. quare inter huius tēporis mirabilia inclit⁹ iste vir recte adnumerat. Ingeniosissimi quoq; Germani hac nostra etate coī studentes vtilitati mirificā illā imprimendi artem excogitarūt: qua nō modo cūcta veterū monumēta (que iādiu caligo vetustatis obtexerat) in lucē reduxere: verū ⁊ scias oēs opa sua nō parū adaugēt. Sz ne lōgi⁹ per aliena diuagemur exēpla ad nostrates veniamus quos in quoq; sciēdi gne ꝓbatissimos ꝓperiem⁹. sicut eēn iāpridē oī virtute doctrinaq; prefulgidos. Senecam. Lucanū. Quintilianū. Jsidorum. Auicenā. Aueroym. et alios ꝓplures nobis hyspania progenuit: ita et nūc rei militaris peritia/religionū obseruātia/et pacifica regnorū gubernatōe hesperii nostri prepollent. nullis etiam nationibus īuidebimus qui tanto principe (sub cuius equissimo sceptro hec oīa nobis euenere) illustrissimo fernādo diuinitus donati sum⁹. Tūc igitur rediit aurea etas: cum piissimi ducis exēplo per docti ceteri quiq; magnates bonis moribus et doctrinis totis viribus incūbuut. hij miliciā exercēt/ hij modestiā religiose vite curāt alij itē ꝑ diuersa gimnasia lras āplexantes passim reperiūtur. Pre ceteris tamen hyspanorū nobilib⁹ clarū vestrū genus atq; splendida radix sūma semp culmina virtutū obtinuit. Si eēn (dicēte dño) ex fructibus arborem iudicari oportet: huius generis eminētiā magnus predicator patriarcha dñicus (quem scia et virtutibus diuinū celebrat ecclesia) eiusdēq; stirpis candidissim⁹ flos ꝗ facillime ostendit. Unde et maiorū suorū mores egregios nobilitas vestra īmitatura domesticis pene oībus neglectis liberalīū artīū phie atq; theologie nitidissimos fōtes haurire cupiēs sacrā hāc parisiorū academiā sūmū gallorū dec⁹ oī cū venustate ⁊ modestia diuti⁹ coluit ⁊

in dies colit. Pro vestra igit in me benignitate: que in astronomicũ sphere mũdi opusculum Johannis de sacro busto cõmentariũ textualesq; additiões pro virili nostra et si humili stilo deo auspice edidim⁹: nomini vestro dicatũ opus sub generosissima alarum vestrarũ vmbra fouere/tueri atq; protegere queso dignemini. sic eñ acerbissima queq; mordacis liuoris iacula presidio vestro (vti eneas vulcani clipeo) fretus facille repellam. Valete incolumes semper et felices meq; vt facitis solito amore prosequimini.

Petri. L. D. in astronomicũ Sphere mundi opusculum prefatio.

Humanarũ scienciarum cõmendatio

Heroicus ille diuine legis predicator deiq; apostolus eximius humanarũ sciẽciarum dignitatẽ sit ⁊ vtilitatẽ rõanis insinuãs. iuisibilia inq̃t dei ꝑ ea q̃ facta sũt a creatura mũdi intellecta cõspicinuꝫ sẽpiterna quoq; virtus eius ⁊ diuinitas. qz cum deus ipse natute optimus ingeniator hoiez (qui oĩs creatura ꝓticipatõe dicit) ex corporea ⁊ spirituali natura cõfectũ in hui⁹ sensibilis mũdi centro (vbi oĩa cõcurrũt) collocauerit: vt q̃ ĩ corpore passibili suã ꝓmereri debuit beatitudinẽ: ab oĩbus creaturis ad hunc assequendũ finẽ iuuari posset. vñ ⁊ ꝓpheta regius oĩa ꝓpter hoiez facta hoiq; subiecta ⁊ subseruiẽtia cecinit. maxime aũt ab aliis creaturis iuuari dicit homo ꝑ hoc q̃ ex earũ noticia quasi vestigio quodam ad dei cognitionẽ (quẽ colere honorare adire ⁊ quẽq; velut sagittarius ad signũ in agendis aspicere debet) erigit ac manu ducit: Ideo scia oĩs a sapiẽtib⁹ huius seculi hũanis parta laboribus viribusq; oĩpotẽtis ⁊ veri dei aliqualẽ agnitionẽ hoĩbus affert. vñ ⁊ noticiam omnẽ humanitus habitam bonã laudabilẽ honorabilẽq; aristoteles in prohimio de aĩa supponit. q̃ vz quecũq; illa fuerit intellectũ nostrũ suapte natura in deum dirigens ipm valde perficit ordinat et decorat. Et tanto sciam aliquam digniorem existimare oportet quanto altius certiusq; deum nobis insinuat. propter hec eñ scienciam alteram altera honorabiliorem ibidẽ philosophus idem cõmendat. ¶ Cum igit in mathẽaticis doctrinis horum vtrũq; manifeste appareat: merito post primã phiam ceteris humanis sciencijs preferende sũt easq; dignitate antecedunt. Hee inq̃ nobilissimarum craturarũ naturas virtutes ⁊ operationes in quib⁹ immensa dei potentia sapientia et bonitas maxime resplendet demonstrationũ certitudine ostenduut. Dicitur eñ in scõo methaphisice q̃ scribologia id est certitudo mathematica non in oĩbus sciẽciis reperitur. ⁊ Cõmẽtator ibidem sciencie inquit mathematice sunt in primo sũmoq; gradu certitudinis. In tertio etiã eiusdẽ methaphisice demõstratões mathematice ex hoc certissime approbant q̃ semp ex cã vel rõne formali assumunt. dicit eñ ibi q̃ in mathematicis neq; bonũ neq; finis neq; fit vlla demõstratio ex eo qõ est. ꝓpt hoc. ⁊c. id est nichil demõstrat ex cã finali materiali aut efficiẽte sed de ex sola rõne formali. Nõ eñ ꝓbam⁹ triãguli tres angulos valere duos rectos ꝓpter aliquẽ finẽ ad quẽ ordinet. nec qz sit ex tali materia factus. aut a tali agẽte sicut proceditur in phisicis disciplinis: sed quia implicat aliquid triangulitõnem hĩe et non illã passiouẽ. Insuper in sexto ⁊ vndecimo methaphisice has sciẽcias ꝑ multis prosequitur laudibus. nunc quidẽ optimũ dicit mathematicarũ genus. nunc vo eas doctrinas nullo addito sed anthonomasice vocat. Et ĩ ꝑmo posterior mathematice iq̃t scie sũt sicut videre ad ĩtellectũ a deo eñ clara euidẽsq; ea est noticia quã de reb⁹ tradunt vt equo iure intuitio aut visio dicimereat. Et in sexto topicor eadẽ nobis notiora ⁊ scõm naturam in mathematicis asserit. cui⁹ tñ oppositũ in sciẽciis accidit naturalibus vt tã in ꝓhemio phicor q̃ ĩ septimo methaphisice palã oñdit. Immo vbicũq; modũ sciẽtificũ demõstratiuũq; declarare nititur ꝑ ad exẽpla mathematicarũ sciarum se cõuertit q̃ in ei⁹ libris logicis phicis ⁊ metaphisicis videre prõptũ est. In aliis itẽ scienciis ꝓpt earũ minorẽ certitudinem doctor diuersitas ⁊ opinionũ cõtrouersia locũ hz. in mathematicis vo nequaq̃. quicq̃d eñ ibi tradit aut clarissime scitur aut oĩno ignoratur nec ante demõstrationẽ quis se quicq̃ intelligere opinatur. Ex quib⁹ oĩbus harũ sciencuarũ maxima certitudo satis cõuincit. ¶ Verũ cũ duplex sit scienciarũ mathematicarũ genus: hee quiõ sunt pure mathematica vt arithmetica ⁊ geometria. Ille vero mixte aut inter phicas ⁊ mathematicas medie musica scz pspectiua ⁊ astrologia (has enim tres medias phus in secũdo phicorum ponit) ꝓme due certissime

Mathematicarum certitudo

Mathematicarum differentia.

sunt sed res minimas infimasq; numeros scz lineas superficies aliasq; corporeas dimensiones perscrutantur. Tres vero alie et si demonstratiue sint probabilitates tamen opiniones q; qua phice sunt qñq; recipiunt de rebus aūt preciosissimis cognituq; dignissimis diserunt. Hee igitur tres oim particulariū scienciarum nobilissime sunt. quia in eis simul phice et mathematice pericie pulchritudo reperitur. qua eñ phice sunt obiecti pollent nobilitate. qua vero mathematice demonstrationis gaudent certitudine. vnde rerum naturalium non inductiue et debiliter (vt alie sciencie permulte) sed demonstratiue et scientifice cognitionem seruata materie qualitate tradūt. ¶ Harum tñ mathematicarū oim sūma decor atq; perfectio astrologia est. q; eius laudes et preconia exequendo latius ostendimus. Hec nāq; dignissima sciencia ex quattuor maxime pre ceteris venit cōmēdanda. Primo ex materie seu obiecti dignitate. deinde ex modi procedendi certitudine. postea ex inuentorū auctorūq; sublimitate. demū vero ex finis arduitate. Q̄ō eñ rei digeste dignitate astrologia oēs alias particulares sciencias excedat hec res indicio erit. quia vt Ptholemeus in primo et Almagesti ⁊ quadripriti habet hec sciencia celorum ⁊ ornatissimorū astrorum naturas virtutes motus ⁊ effectus speculatur. talia autem corpora Aristoteles in scō phicorum diuinissima dixit manifestorū. et in secundo de celo corpora illa intransmutabilia nec tpe senescentia/inueterabilia aut fatigabilia probat. quorum motus ordinatissimus continuus atq; perpetuus est nec ipm potest creatura vlla quo quomō ipedire. Et ī scō de gñatione causas primas eorū que hic inferius corporaliter producūtur celos astraq; dicit cū gñationū et corruptionū ac periodi rerū naturalium rōnes inuestigat Et in primo metheororū totū hunc mundū inferiorem superioribus lationibus asserit gubernari. et hoc quidem non iniuria qz vt ex scō et decimo methaphisice habet in quolibet rerū gñe pmū cā ⁊ regula est oim aliorū que sunt post. igitur jn corporibus primū qō celū est vt pbat in pmo ⁊ scō celi mēsura ⁊ regula ē oīz aliorū corporū. Et in pmo de republica qñcūq; inquit ad vnū finē aliqua plura ordinātur necesse est vnum eorū esse dominans oīaq; alia regens ordinans et gubernans ergo inter corpora que oīa deus ad aliquē finem vnū destinauit necesse est vnū aliorum esse gubernatiuū hoc aūt celum ē. Et in scō de anima empedoclis aliorūq; antiquissimorū dictum introducit solem patrem hoīm deorūq; putari. quod ei consonat q; in scō phisicorū dī sol et homo generant hoīem. Et ī duodecimo methaphisice totum vniuersum domui bene gubernate compat phs. cūq; deum velut optimū patrē familias (qui et seruis ⁊ liberis singula pcepta prudenter imponit) dixisset: tandē elementaria ⁊ caduca hec inferiora corpora seruis sibi legem positam sepius transgredientibus. celestia vero corpora filiis et liberis (qui amore quodā ducti omnia sua opera iuxta tenorem precepti voluntatisq; paterne explere nituntur) coaptauit. hec eñ in moribus actionibusq; suis preter insitam sibi legem agunt nichil. illa vero a nature sue ordine debito sepiʼ agendo deuiant. Unde phs in secundo phisicorum casum et fortunam nullum locum in celestibus corporibus multum autē in hiis inferioribus habere dicit. Cum igitur alie oēs disciplinе aut nullam aut non ita propia celorum ⁊ totius vniuersi faciant theoriā sed earū precipua intentio circa corruptibilia versatur corpora palam est astrologiam eas omnes hac ex parte antecellere. Unde iter ceteras hūanas scias hec tm̄ de se dicere poterit illud ecclīastici. 24. ego in altissimis hītaui ⁊ tronus meus in colūpna nubis girū celi circuiui sola ⁊ pfūdū abissi penetraui. ⁊ in fluctibʼ maris ābulaui ⁊ in oī terra steti. vbi oēs astrologi e ptes tāgi videtur vt infra explicabit. ¶ Ex suo etiā pcedēdi mō certissimo astrologia sup oēs humanas scias laudat. si q̄d eñ vigoris modʼ habet pcedēdi phicus ex effectibʼ scz ad causas pueniēdo hoc in astrologia q̄ ptiz phica est tāto excellētiori mō repit quāto altiores causas suo pcessu inuestigat. Hec nāq; ex motʼ celi ppetuitate ⁊ regularitate pmorū mouētiū spūalitatē in materia litatem ⁊ infatigabilē virtutē cōcludit. ideo phs ī duodecio methaphisice cum de separatis substanciis ratiocinaturus fuit suppōnibʼ astrologicis dixit esse vtēdū. Ex multiplici quoq; erraticarū stellarū motuū varietate eccētricorū orbiū ⁊ epiciclorū (rē q̄dē nimis arduā multisq; incredibilem) dispōnes mirifica dei sapiencia excogitatas Pictagoras Ptholemeus pluresq; antiquorū intellexerūt. Infallibilem etiā demōstrādi modū aliarū quattuor mathematicarū hee sola ꝓprehēdit. ibi eñ geometricis theorematibʼ nō modo celorū et stellarum

Quadruplices astrologie laudes

Ex obiecto.

Ex modo procedēdi.

verumetiam elementorum dimensiones comprehenduntur ⁊ mensurantur. motuum quoq; celestium norme arithmeticis numerorum rationibus cognoscũtur. tot etiam tamq; differentes celorum cursus armonica musica ve proportionalitate connecruntur. sicut eĩm vocalis armonia consonantia est sonorum in acuto ⁊ graui vt in scõo posteriorum dicit: sic quoq; motuum illorum coaptatio in veloci et tardo naturalis est armonia. Et ob hoc Pictagoras ex celorum motibus sonos armonicos dixit gñari vt phs refert in scõo de celo. q̃ etiam Boetius sentire visus est in primo sue musice libro. ac si vbi mundana est armonia ibi sonora desicere non possit. triplicem eĩm musicam armoniam Pictagoras distinxit vocalem scz vnam, humanam aliam que debita est virium hominis adinuicem proportio. vnde et aiam nostram ex numeris armonicis constare dixit vt habetur ex primo de aia. mundanam tertiã partium scz vniuersi adinuicem consonantiam atq; obid rerum oĩm essencias numerorũ species putauit vt df in primo methaphisice. Non desunt etiam perspectiue demõstrationes hãc sciam condecorantes. irradiationũ eĩm et aspectuũ stellarũ rõnes que in p̃mo quadriptiti ponunt magnitudinũ etiã astrorum spissitudinũq; celorꝝ iuestigationes que in almagesto traduntur perspectiue sunt. cũ scz ex anguli visualis pyramidis quãtitate radiiq; longitudine ad basis et distantie quãtitatẽ arguit. Huius igit̃ sciencie processus oĩm aliarũ modis certior est. vnde phs in duodecio methaphisice astrologiã maximã mathematicarũ appellauit qõ scz omniũ aliarꝝ mathematicarum pfectões hec sola eminẽter cõtineat. ¶ Hui⁹ insup tãte doctrine inuentores auctoresq; plures et celeberrimi fuere sed eorꝝ paucos memoratuq; digniores in mediũ adducemus. Refert eĩm Josephus antiquitatũ libro p̃mo capl̃o. 4. q̃ filij Set primi inuenerũt sciam celestiũ ⁊ ornatus eorꝝ. ⁊ capl̃o octauo q̃ tp̃ib⁹ Noe ꝓpterea hoĩs vita per tot annos fuit prolongata quia rebus vite mortalium a comodis ⁊ vtilibus iueniendis operam dabant astrologie scz ⁊ geometrie. et capl̃o. 16. q̃ Abraham iter chaldeos nutritus (qui mathẽaticas scias plãtauerũt) p̃mus tradidit sacerdotib⁹ egiptiis astrologiã ⁊ geometriã. apud egipcios eĩm sacerdotes ex publico erario salariati sciẽciis iueniẽdis vacabãt vt dicit in prio methaphisice. quorꝝ studio vigiliisq; hee scie mathẽatice inter egiptios florueruntꝝ ab eis ad grecos a grecisq; ad latinos ⁊ indos deuenerũt. Athlas eciã (cui⁹ filie fingunt̃ septem pleiades) astrologus fuit pitissim⁹ atq; ob hoc tp̃m huẽris celum sustinẽtẽ finxit antiquitas. Hermes quoq; trimegistus q̃ ⁊ Mercuri⁹ dict⁹ est magnã astrorꝝ habuit pitiã hui⁹q; scie nõ pua monumẽta reliq̃t. Sed Ptholemeus filadelphus clarissimus egypciorꝝ rex tantũ supalios astrologos caput extulit vt nõ modo astrologiã late ãpliauerit verũetiã oĩm p̃decessorꝝ errata resecauit ⁊ veritates tam a se q̃ ab aliis repertas in summa collegit ita vt toram hanc sciam de nouo cudisse ac peperisse videatur. et iusto titulo astronomorum ducem parentẽq; fateri ipsum oporteat. Hic adeo oĩm bonarum artium auidus ardẽtissimusq; fuit amator: vt ex omni natione que sub celo est largissimis muneribus sapiẽtes ad se cõuocauerit in omniq; sciendi gñe doctus euaserit. ⁊ ingentẽ bibliotecã multa vsq; ad tẽpora duraturam in egypto confecerit. nec humanas tm̃ scias dignissimus hic princeps curauit: sed etiã in sacra dinaq; sapientia (que tunc apud solos vigebat iudeos) deo trahente voluit edoceri. vnde ad ei⁹ instantiã septuaginta duo ex doctoribus ebreorꝝ vt Hieronim⁹ refert bibliã ex ebreo in grecũ ydioma trãstulerũt ⁊ hec vsq; in hodiernũ diẽ trãslatio septuagita interpretum dicit. Post Ptholemeũ Thebit. Alphraganus Almeon Albategni ⁊ plures alij pitissimi antiq̃ in astrologia florueruntꝝ. In nostra tm̃ europa maximi fuerũt astrologi. gloriosissim⁹ nãq; belli triumphator Julius cesar romanorũq; impator semp augustus pspicacissim⁹ fuit astrolog⁹. vñ in cõmẽtariis suis magnã orbis terrarũ ptẽ astrologica rõne describẽs geographiã etiã se sepe mõstrat. Illustrissimus etiam hispanie ⁊ romanorꝝ rex Alphonsus huius noĩs decimus et si in multis doctrinis fuerit pitissimus astrologiam tamen sibi dilectam preelegit famatissimas q; celestium motuũ tabulas miro quodã artificio cõposuit. In quibus ad totum tempus post vniuersale diluuiũ oĩm stellarum cognitarꝝ loca et motus certa nũeri rõne tradidit. vñ oĩs priores astrologos tabularios cõcordauit correxit ⁊ declarauit. ideoq; princeps tabularum df. Sit̃ parisius Johãnes de lignerris ⁊ Johãnes de saxonia. dñs Petr⁹ de aliaco famosissimi astrologi. In ãglia vo Johãnes de sacro busto ⁊ q̃dã doctor ãglic⁹ ꝓpositor sũme ãglicane

Ex auctorib⁹ astrologicis

Sancti patriarche.

Sacerdotes egipcij

Athlas

Hermes

Ptholemeus

Thebit
Alfraganus.
Almeon
Albategni
Julius cesar
alphõsus rex
Johannes de lineris
Johannes de saxonia
Johannes de sacro busto.
Georgius purbachius

Prefatio.

In germania aũt Georgius purbachius ⁊ Johãnes de mõte regio aliiq; cõplures astrologi floruerũt. multaq; ⁊ egregia opa posteris reliq̃rũt. Gaudeat igit̃ regia ⁊ ꝛipialis astrologia q̃ rãta iuẽtoꝝ auctoꝛũq; suoꝛũ santitate maiestate ⁊ sublimitate ꝓmẽdat. ¶ Finis q̃q; hꝰ scie pius/strenuus/⁊ dĩnus est ꝑ creaturas sc; sensibiles ad dei cognitionẽ hoĩes eleuare. Si eñ oĩs hũana scia (vt apl's in assumpta propõne docet) propt̃ hũc finẽ maxĩe hoĩbꝰ ꝓfert: tãto certe magis oĩbus aliis in hoc iuuabit astrologica speculatio/quanto ex digniozibus creatu ris nobisq; manifestiozibꝰ dei ꝑfectões insinuat. vnde ⁊ ꝓpheta in psalmo octauo ex celozũ et stellarũ ornatu deũ admiratus ait Videbo celos tuos opa digitoꝝ tuoꝝ lunã ⁊ stellas que tu fundasti. et in psalmo. 18. Celi enarrãt gloriã dei et opa manuũ eius annũciat firmamẽtũ. quia ex tanti opis dignitate summã artificis sapientiã potentiã ⁊ bonitatẽ/argumẽtabatur. propt̃ idẽ etiã in psalmo. 148. Laudate inquit dñm sol ⁊ luna laudate eũ oẽs stelle et lumen. laudate eũ celi celozũ. et Danielis. 3. dr̃ benedicite sol ⁊ luna dño benedicite stelle celi dño. quia ex cognitione q̃ hoĩes de celis ⁊ astris habent statim in laudem et benedictionem creatoꝛis assurgunt/et propter hoc illa coꝛpoꝛa deum laudare et benedicere dicũtur. Si enim vt dicitur in primo methaphisice propter admirari de effectibus manifestis/inceperunt hoĩes de causis occultis philosophari: planũ est/nullam sensibilium rerum tantum nos in admirationem stupidos ducere quantum celozum structuram oꝛnatissimãq; compagem. vnde phꝰ ibidem exempla admirationũ ex luminarium eclipsibus ⁊ solis cõuersionibus adducit. nulla agit̃ res tm̃ in causarũ iuestigationem/⁊ precipue cause efficientis/nos concitabit promouebitq; quantum superiozum illarum lationum intuitus. Ideoq; in hystoria beate katherine alexandrine virginis ⁊ martyꝛis fertur: q̃ dnm ipsa cum quinquaginta phis ydolatris disputaret vnitatem veri dei concludere volens/aspicite inquit stellas celi et oꝛnamentum earum et cogitate qualis ⁊ quãtus sit qui illas in scabellum sibi fecit. Aristoteles etiam in duodecĩo methaphisice astrologiam precipuã sapiẽtie partem acceptauit/quia p̃cipuã dei ⁊ angeloꝝ cognitionẽ phi ⁊ sapiẽtes ex astrologia sumpserũt. vñ in scdo de celo magnũ q̃d est de rebus celestib⁹ aliq̃d posse cognoscere eciã si debili ⁊ topica rõe id habeamꝰ. Ptholemeus itẽ ĩ pẽo quadripartiti cpl̃o. 3. vniuersalit̃ inq̃t dicimꝰ nichil eẽ in quo tm̃ lucret̃ aĩa sicut ĩ huius scie cognitõe. p ipaꝝ ⁊ eñ ad humanarũ diuinarũq; reꝝ notitiã puenimꝰ. Multas etiã alias huius scie vtilitates Ptholemeus oñdit/dicit eñ in q̃nto verbo cẽtiloquij/optimꝰ astrologus multũ malũ ꝓhibere poterit q̃ scõm stellas vẽturũ est cũ earũ naturã prescuerit. sic eñ p̃munier eum cui malum futurũ est vt cum venerit possit illud pati. Et in octauo verbo eiusdem aĩa sapiens ita adiuuabit opus stellarũ quẽadmodũ seminatoꝛ fortitudines naturales/q; licet nos simpliciter actiones celestiũ coꝛpoꝛũ impedire nõ valeamus: scõm quid tm̃ hoc possumꝰ alit̃ sc; ⁊ alter passum disponendo. sicut etiam ignis actionem combustibile remouendo aut humectando impediremus. Vnde cum aeris alterationes excessus ⁊ intemperies precognouerit astrologus multũ saluti hoĩm prouidere poterit aut humana coꝛpoꝛa cõtrarie disponẽdo aut ea inde remouẽdo. Cũq; puerozum abilitates aut naturales passiões impetusq; sciuerit talibus cibis aut regionibus vel inter tales gentes aut talibus deniq; moꝛibꝰ ipsos educabit vt bonum adaugeat̃ ⁊ maius fiat malum vero tẽperet̃ ⁊ diminuat̃. quẽadmodũ agricole in seminũ protectionibus arboꝛũq; plantationibus impedimenta nociuarum radicum aut herbarũ tollunt simũq; ⁊ terrã bonã vtutẽ seminalẽ coadiuãtia ꝓpinãt ⁊ apponunt. ¶ Nec tm̃ qui diuinam astrologiam tot tantisq; laudibus efferre conoꝛ determinationi cuidam alme facultatis theologie doctoꝛum parisiensium sup q̃busdã mathẽaticis libris nuper edite inficioꝛ Cum eñ sacra doctrina aliarum oĩm scienciarum dña et gubernatrix sit iuxta illud prouerbioꝝ nono misit ãcillas suas vt vocarẽt ad arcẽ ⁊ ad menia ciuitatis ⁊ ĩ p̃mo methaphice dr̃ q̃ sapia dea sciaꝝ ẽ: eiꝰ ꝑfecto erit si q̃d falsũ erroneũ ad dei ve cultũ iutile in aliis scienciis appareat/id funditus euellere stirpare ⁊ dãpnare. vnde apostolus scda ad coꝛ. 11. consilia inquit destruentes et oẽm altitudinem extollentem se aduersus sciam dei/et phꝰ in p̃mo elenchorum dicit q̃ sapientis est nõ mentiri/et mentientem manifestare/summa autem scientia sapiencia dicitur in primo methaphisice. ad eandem eciam doctrinam pertinebit aliarũ sciaꝝ veritates declarare coꝛroboꝛare ⁊ defendere. dicit̃ enim p̃ma ad coꝛ. 2. spũalis homo iudicat

Johannes de monte regio

Ex finis strenuitate

Katherina

Theologoꝛũ determinatio astrologie fauet

omnia ⁊ ipse anemie iudicat ⁊ hic vere est theologus de quo etiā phs in primo methaphisice sapiētis inq̃t est oia scire ⁊ de omnibus iudicare. ideo p̃dicti doctores ⁊ veritatis catholice zelatores volentes tam dñam q̃ eius ancillas oī falsitate purgatas īmunesq̃ custodire, falsarios quosdā scriptores ⁊ veritatis corruptores (qui castissimam astrologiam cū scenicis meretriculis nixi sunt collocare eamq̃ apud dñam suam de maguo superstitionis crimine falsa quedam immiscentes diffamare tentarunt) a generosissima astrologorꝫ scola ꝑpetuo eiciēdos et dampnandos iamq̃ dampnatos pronūciarunt. de quorū numero sūt fere omnes qui circa futurorum iudicia temere scripserunt. Nos etiam multis iam ante seculis verissimus astrologorum Ptholemeus in primo quadriptiti capl'o scdo dāpnauerat dicens. sunt q̃plurimi qui vt multa lucri facerent alterius false doctrine pronosticationem habentes eam huic ascripsere sciencie a quibus multi decepti ad hanc impellebantur opinionem vt in hui⁹ scienciе regula multa predicerent ita vt in opinando eius nature modū excederent. quapropter hoc eorum opus multorum fuit occasio vt non solum q̃ ex ea nesciri potest verū etiam quod scibile est villipenderent. nos autem inquit scienciam hanc nequaq̃ explicabilem prout rō phica postulat explanabimus. Unde preter quorundē (ipsam determinationem egre ferencium) astrologorum sentētiā prefatos doctores theologos de republica astrologica bene meritos fateor: Ptholeme⁹q̃ si hodie supuiueret magnas gratias eis haberet ymo ageret et referret qui liberalissimā hanc suā prolē de barbarorꝫ seruitute liberarūt. Nec minus laudabiliter aut meritorie eos egisse crediderim q̃ nobiles machabeos cū tēplū dñi infidelium ⁊ tyrānorꝫ expurciciis mundari fecerūt vt habet scdi machabeorꝫ. 10. Uestigiaq̃ christi dñi eos dicā sequtos q̃ vēdētes ⁊ emētes domū dei coinq̃nātes a tēplo reiecit vt dr̃ mathei. 21. sic igit nostris dieb⁹ expletū est Qd ī pabola christus dixerat luce. 11. cū scz fortes armati a sacratissima theologie arce ī atriū astrologie descēderūt ⁊ tyrānos illud iuste possidētes extruserunt spoliaq̃ eorꝫ id est libros suos igni luto ⁊ aliis diuiserūt. ¶ Sz astrologie ꝓt Ptholemeus dicit in ꝓncipio quadriptiti due ꝓcipue sunt ꝑtes altera oīno speculatiua que celorꝫ ⁊ astrorum dispositiones quantitates et motus ceteraq̃ illorꝫ accidentia inquirit. altera velut practica que ꝑ eorꝫ virtutes ⁊ influentias huius elementaris regiones immutationes ceterosq̃ effectus consequentes iudicat et predicit. prima demonstratiue ⁊ mathematice procedit dicitq̃ Jsidoro teste astronomia. secunda phice probabiliter contingenterq̃ inducit cuius iudicia vt Ptholemeus dicit in primo vbo centiloquij media sunt inter necessariū ⁊ possibile ⁊ sic q̃nq̃ deficūt vt dicit primi quadriptiti capl'o. 3. ⁊ hec scdz Jsidorꝫ ꝓprie est astrologia. Prīa pars elegātissime tradit a Ptholemeo in almagesto vbi ꝓcessu mirabili res multis īexcogitabiles et que hūanā vident trāscēdere facultatē circa celestē machinam rimatus est. et propter hoc liber ille almagestum id est opus diuinū dictū est. Hec aūt astronomia duplex est quedam demōstratiua que ꝓprie dicit theorica. alia tabularis que est ꝓputatiua. cui etiā ānectit ⁊ ꝓpor⁹ ecclesie ⁊ scētia īstrumētorꝫ astrologie. q̃ sūt astrolabiū, quadrans, armila, chilindrū, regule Ptholemei, ⁊ sphera solida. Et sic oēs tractatus aliorꝫ doctorꝫ q̃ post Ptholemeū ī hac ꝑte scripserūt, scz theorice planetarū Gerardi cremonēsis ⁊ Georgij purbachi. tabule Alphōsi oīzq̃ aliorꝫ. liber Albategni de motu sydꝫ. liber Thebit de ymagine mūdi. Alphraganus de aggregatōib⁹ stellarū. tractat⁹ sphere ⁊ astrolabij Johānis de sacro busto. silr ⁊ tractat⁹ quadrātis aliorūq̃ īstrumētorꝫ, ⁊ quotq̃ alij tractat⁹ sūt: ex almagesto Ptholemei excerpti sūt: ipzq̃ diuinū librū declarāt mēbratiq̃ explicāt. Huic etiā astronoīe suppōit geographia aut cosmographia. ī q̃ licz Macrobi⁹ strabo ⁊ multi alij scripserīt: artificiosi⁹ tñ ⁊ plani⁹ oīb⁹ aliis eā nobis tradidit Ptolemeus vt hiis q̃ celeberrimū ei⁹ librū de situ orbis viderūt ꝑspicuū est. Scdaz h⁹ scie ꝑtē scz astrologiā idē tradidit Ptolemeus ī libro q̃tuor tractatuū q̃ dr̃ q̃dripartitū. ī q̃ expimētis multis īfluētias vtutes ⁊ actōes stellarꝫ ī subiectis hiis corpib⁹ ꝓbauit. ⁊ futurorꝫ q̃rūdā effectuū ꝓnosticatōes ꝑ hāc scīaz hoīb⁹ eē possibiles oñdit ⁊ vsq̃ ad quātū talis scīa se extēdē possit. q̃s ve fruct⁹ ex ea seq̃t declarauit, naturasq̃ ⁊ ꝓpetates signorꝫ stellarū fixarꝫ ⁊ plānetarꝫ ⁊ plagas trehītabilis eis subiectas distinxit ⁊ determinauit, ⁊ futurorꝫ accidētiū q̃ī aere ⁊ ī corpib⁹ hoīz ꝓpt actōes stellarꝫ ꝓtīgūt cognoscēdorꝫ modū tradidit. ⁊ huic libro cētiloquz tractatū fruct⁹ astrologie ꝓtinētē adnexuit. Hāc tñ astrologiā multi vt dictū ē pl'a falsa

Astrologie diuisio

astronomia.

Astronomia duplex

Astrologia.

imiscẽtes late ãpliarũt. nã Albumazar. Vali abenragel/ Guydo bonati/ Abrahã suenezre et multi alij/ hanc in quatuor distribuũt ptes. ita vt prima sit de interrogatõibus. p quã cuiq; lib de rebus humanis ꝓposite q̃stionis ecia de hoim cogitatiõibus nodum se soluere putant. Scda pars de hoim natiuitatib⁹ p quã multa particularia nec p causas naturales (vt credo) cognoscibilia se ꝓnosticari dicũt. cum tñ astrologus/ vt dicit in ꝓmo centiloquij/ res tãtũ in vniuersali iudicare debeat. Tertia pars est de reuolutõib⁹ ãnoꝝ/ z induratõe mũdi z ĩ vita hoim. z huic ptisupponit liber de magnis coniunctionibus albumazar/ z sũma anglicana et plures alij libri. Quarta pars est de horarũ z dierũ electionibus ad diuersa opa inchoanda. huicq; partisupponit doctrina supsticiosa ymaginũ z sigillorũ/ qui ad infirmitates aut sanãdas aut introducẽdas. ad passiones hoim aut excitandas aut cohibẽdas/ ad multaq; alia bona et mala opanda certis temporibus in metallo aliquo/ vel in cera argilla aut certa specie ginn y sculpunt z imprimũtur. Sed ptholemeus qui vt diximus astrologie verus fuit dictator iudiciarie partis duo tñ posuit membra que ex principiis phicis et astronomicis haberi possunt/ hec tñ non sic lata nec ad tot particularia descẽdẽtia sicut p̃dicti diuinatores tradidit. Primũ membrũ vel pars est de temporũ ĩmutationibus z vicissitudinibus que tum ex diuersis planetarũ aliarũq; stellarum naturis motibus z aspectibus: tum ex luminariũ eclipsib⁹ in aere nos ambiente ꝓtingunt. quibusq; nunc ad excessum caloris frigiditatis/ humoris aut siccitatis nunc aũt ad temperiẽ aer ipse z in eo cõtenta vegetabilia aialiaq; alterant. z hanc tradit in scdo quadriptiti. Altera vero pars est scia eorũ/ que hũanis corporib⁹ ex stellarum virtutib⁹/ figuris z dispositionibus in horis geniture z natiuitatis accidũt. vt puta hoim cõplexiones/ figuras/ stature/ passionesq; ĩsurgẽtes/ z actus illas ꝓsequẽtes/ que oia ex aeris dispositõe in eisdẽ horis aliquo mõ scirì possunt. z hanc docet in tertio et quarto quadriptiti. Alia aũt oia iudicia ab aliis addita nõ astrologica sed magica aut diuinatoria cẽsenda sunt. ¶ Sz ꝓpter hui⁹ tãte doctrine arduitatẽ quã diximus multe dispõnes preuie in discipulo ad ipam aspirãte reqrũtur. nõ eñ sufficit ĩtellect⁹ nri acies difficilia statiz attingere nisi p quedam sibi notiora introducatur vt dicit in septimo methaphisice. ideo multi ĩtroductorios tractat⁹ ad primã hui⁹ scie ptẽ alij ad scdam ꝓposuere. Ceteris tñ breuiores faciliores et vtiliores tractatus de sphera mũdi quem Johãnes de sacro busto edidit vulgatissimus in oibusq; gñalibus studiis cõissimus habet. Cũ eñ in tota astrologia de celis eorũq; motib⁹ magna fiat speculatio: nos aũt neq; gradus eorũ neq; circulos in eis ymaginabiles visu cernere/ eosq; ad libitũ reuoluere possimus: nõ mõ ꝑterita aut futura sed nec ꝑnntia oia que in celis fiũt homo videre sufficit nũc alibi dies est alibi nox. vni sol aut stella hec oritur alteri occidit: nec oibus inesse locis q̃ simul potest: aliqbus sphera se demõstrat rectã aliqb⁹ obliquã z hoc multipharie: opus igit fuit artificialẽ aliquam spheram instar celestis illius conficere q̃ ad votum mouere et modo rectam modo obliquã diuersimode statuere valeam⁹. qua veluti exemplo eaq̃ in naturali et celesti sphera agunt ꝓprehẽdamus. Ideo tractatus iste (qui cõpõnẽ vsumq; talis instrumẽti et per ipsum de totius mundi forma ratiocinari nos docet) maxime vtilis censendus est. ei⁹ tñ laudes vtilitatesq; pmulte cũ auctoris phemiũ deo duce exposuerimus aperient. Subiectum igit scie hui⁹ tractatus est vniuersũ id est mũdus corporalis. Et supponit sciencie almagesti que dicit astronomia ĩmo est introductori⁹ ad ipam sicut alchabicius ad astrologiam in quadriptito z centiloqo traditã. Titul⁹ aũt hui⁹ tractat⁹ erit iste. Incipit tractat⁹ de sphera mũdi ad sideream sciencia ĩtroductorius quẽ Johannes de sacro busto ex libris Ptholemei Alphragani Thebit Albategni aliorũq; excerpsit. Ubi tres eius cause materialis scz efficiẽs z finalis apte explicant. cã aũt formalis in textu phemiali abunde manifestat. Ceterum oẽs astrologice pfessionis scolasticos (nõ quidẽ imperitos/ aut ĩuidos mordacesq; canes: sz quos aliorũ vigilias z studia videre oblectat/ eaue equo suscipiũt animo) exoratos velim: vt si quid in hac nostri cõmẽtarij editione min⁹ exacte min⁹ culte minusq; bene dictũ putauerint: id pie aut interpteñt aut supleant/ si nautẽ in philosophie scola veritatis theorie ptem aliquã opera nostra ĩmmisisse videamur: eam in cõez vtilitatẽ (qui p̃cipu⁹ nostri laboris extitit finis) pro viribus benigne laudent promulgent et disseminent. sic enim vt in secũdo methaphisice tradit philosophus scienciarum facta sunt incrementa.

Falsorum astrologorũ iudicia

De huius tractatus necessitate

Ptholemei iudicia

Johannis de sacro busto sphere mundi opusculum. vna cum additionibus per opportune intersertis. ac familiarissima textus expositione Petri. L. D. felici sidere inchoat.

Prohemiũ auctoris.

Incipit Johannes. tractatum de

Sphera mundi quattuor capitulis distinguimus. Dicturi primo (quorundam terminorũ expositione premissa) de forma mundi. In secundo de decem circulis ex quibus sphera materialis componitur: et illa supercelestis quam per istam ymaginamur componi intelligitur. In tercio de ortu et occasu signorum. de diuersitate dierũ et noctium. de biis que accidunt habitantibus in diuersis locis terre. et de diuisione climatum. In quarto de circulis eccentricis et epicicliis planetarum. de propriis motib⁹ tam eorum q̃ octaue sphere ac etiã none. et de causis eclipsium planetarum.

Propositio dicẽdorum.

Glosa.

¶ Iste est tractatus de sphera mũdi qnẽ magister Johannes de sacro busto ex libris ptholemei. thebit. alphragani et aliorum recollegit. Cui etiam textuales additiones (vbi opus fuit) adiecimus. omnia tñ sub eiusdem auctoris nomine propter eius antiquitatẽ dicta volumus.

Probemium

huic aūt opusculo sicut moris est probemiū auctor premittit. in quo breui argumēto p̄cipua huius doctrine puncta pstringit. Ut em docet phs tertio rethoricorum oportet locū facere in alio future orationi. Et hoc ideo quia cū homo ab ineunte etate a principioq; sue natiuitatis sit omno ignorās et quasi tabula in qua nichil scriptum est possibilis tn depingi: sciēcia aūt in nobis naturaliter nō fiat nisi ex quibusdā precognitis: indiget semp anim⁹ discipuli in aliqua doctrina erudiendi quibusdā rerū precognitionibus ex coli parari et disponi quatenus ignorantie nebule impedientes excutiantur. Hinc factū esse credibile est vt auctores librorū quā vsitatissimū habeant operibus suis probemia seu preludia quedā premitere: quo locum in animis auditorū struere future orationi in doctrina tradēda facile possint. ¶ Sed qz homo liberū agens est cuius in agendo principia sunt intellectus dirigens per cognitionē z appetitus mouēs per amorē: nō solum igit sat est animū eius quo ad intellectū pro sciēcie susceptōe disponi: verū opus est appetitui (qui ad sciencia prosequendā moueat) dispositionē aliqualem inducere. In quolibet igit probemiotria pmaxime notari debēt. Primū est eius scie quā pollicetur dignitas aut vtilitas que attrahat voluntatē auditoris per amorē. voluntas enim que bona digna z vtilia respicit est primū mouens oēs animi vires ad suas opationes. Scōm est dicendorū ordo libriq; diuisio quē intellectum disponant primāq; ignorantiā abiciant per quandā preuiā z cōmunē rei cognitionē. Tertiū est materie disgerēde difficultas que desidiē propellat z vigiliā excitet p attentionem. ¶ Oia aūt hec diligētissime auctor iste considerās more boni preceptoris in suo probemio p̄mo auditores attrahit allicit beniuolētiamq; ab eis captat ex huius sciencie dignitate z vtilitate cū inquit tractatū de sphera mūdi. Nobilitas em sciencie cuiuspiā ex obiecti seu materie pfectōe z hemineutia modoq; procedēdi optimo potissimū teste Aristot ele attendit. Constat aūt huius sensibilis mūdi machinā (de qua presens se se offert speculatio. quā etiā vt Augustinus ait deus ad maiestatis sapiētie z potētie sue manifestationē condidit) pfectissimā z excellentissimā eē. dicitur em gen primo vidit deū cuncta que fecerat et erāt valde bona. qd exponēs Aug⁹ in enche. dicit bona sunt singula q̄ deus fecit sed simul vniuersa valde bona. qz ex oibus consistit vniuersitatis admirabilis pulcritudo hec ille. si em vna queque dei creatura in se perfecta est quanto magis vniuersū oim creaturarū pfectiones includens vt Aristoteles arguit p̄mo celi. Modus etiā procedēdi huius doctrine egregius est nūc phicus causas ex effectibus signisq; concludens. nūc mathematicus p causas effectus demōstrans. vtriusq; sciēcie floribus adornatus in quo tā phice q̄ mathematice pericie gloria reperit. Ideo Aristoteles in scdo phisicorū astrologiā mediā phice et mathēatice ponit. Utilitas quoq; non parua ex huius tractatus doctrina illo verbo hoibus insiuuatur. Confert em p̄mo z valde cuiq; accomodū est qualiter huius mundi machina (qua ipe tegitur continetur z in qua assidue vitā degit) structa sit p nosse z hoc ipm et iocundissimū est vt pote tanti domicilij fabricam ordinem pfectionesq; nō ignorare. Decet insuper phiam Aristotelis ptractantes eiusq; latebras rimari conantes numerū ordinē sytū z motū elementorū celestiūq; corporū (de quibus z multis aliis latissima z q̄ facillima est hic determinatio) hac doctrina duce pscrutari. Medicos eciā (teste ypocrate) astrologos esse cōuenit cuius sci ehec pa ianua est. Valde preterea opus ē sacre doctrine pfessores singulas vniuersitates quas sepius diuini codices cōmemorant indigasse alioqui in plerisq; sacre litterature passib⁹ cespitarēt. ¶ Scdo auctor efficit auditores dociles ex opis sui diuisione breuitate z modi pcedēdi facilitate subnectēs quattuor capis distinguim⁹. planū qdē est opis breuitatē facilē pcedēdi modū debitūq; doctrine ordinē mirū in modum adolescentum ingenia (quo melius z facili⁹ doctrinā capessant) abilitare. que em plixe z ordinate min⁹ dicta sunt tardius et dificilius capiunt hoies. premittit igit operis distinctionē facilem quidē z breuē (quatuor em dūtaxat capita cōplectitur) ordinēq; dicendorū apposuit. qui em lectionē suā bene diuidit z ordinat gnalē rei noticiā ante oia ingerit. ignorantiam negationis a discipulis ppellit et modum adiscendi nobis in natum insitum congeneūq; prosequit: quo et p sensum z per intellectum res prius confuse apprehendimus postea vero earū determinamus vnāquāq; vt in probemio phicorū dicat Aristoteles. Alacen quoq; in libro de aspectibus ait q̄ tot⁹ rei visibilis cōprehensio primo fit per piramidē radiosam sed visionis certificatio fit p axem sup

De phemij necessitate ī quolibz ope

Que z quot requiruntur in probemio

De hui⁹ scie nobilitate.

De vtilitatibus huius tractatus

Piramis est fa stude
za / Quod habet sex d. z basis / a j angul⁹ sex lateralis et adiunctis / aut v. aut plures / z ab aspectu
ad tad⁶ / q v. q pnctis fiunt oes piramides Et hic pnctis d. pong piramides et varie q
Piramis rotunda est z basis habet plu / a q diuersa angul⁹ sex rotunda adiunctis et q
sunt diuersis Quod sub alio habet piramis rotunda est q basis est plu a j v. angul⁹ di
uersos habēs angulos
Piramis rotunda d. q basis d. fa plana rotunda a q vnus latera angul⁹ sex et oes fit
adiunctis d. rotundi sicut piramis pudici pnctis Et ita piramis d. latera p d basis et ad
hic latera Q si vnaquaq basis est piramis planus d. Si vero vnaquaq est basis vnilateralis
quod a basis ut sunt Quod sub alio habet piramis latera est q basis est fa rotunda

singula pncta visibilis trāsportatā. ¶ Tertio auctor incitat discipulos ad attentionē per totum residuū plogi multa pulchra sed subtilia ⁊ difficilia pponē s que se enodaturū pollicet. Excitat quidē duo gna hoim pmovalde ingeniosos et solertes quibus ope preciū est difficila et oibus frequēter abdita vsq ad minima scrutari: res aūt faciles ⁊ fere cōes floccipēdere. Scdo excitat desides ⁊ tardos vt oī adhibita diligentia ⁊ labore studeant huius opis lectiōi vacare. secus aūt (cū hec aliq tulū sint difficilia) parū cōmodi reportarent. De vniuersi em compage celor ⁊ elementor numero natura figura ordine deq eor motibus ⁊ quātitatib⁹ (que oīa pmū capl'z absoluit) magna fuit ⁊ est apud phos ambiguitas ⁊ ī qua alij aliis valde dissentiūt. Quidā nāq vnū tm posuerūt corporeū elemētū alij vero plura. ⁊ horū quidā nurum certum alij aūt infinitum numerū dixerunt elemētor. Item quidā elemētaria ⁊ celestia corpora eiusdē nature existimauerunt alij vero diuersarū. Adhuc quidā elementis attribuebant figuras comicas id est angulares cubicā videlz octocedrā ecocedrā ⁊ pyramidalem alij aūt figuras agonas. i. circulares eis circūscribunt. Preterea fuerunt qui ignē in medio. i. in centro mundi collocarunt terrā aūt supra ignē ⁊ circa ipm motā. ⁊ nō modo vnā verū duplicem posuerunt terrā alij aūt vnicā et in centro oīm sitam eā dicunt. Et hor alij motam alij immotā ipam ponunt causam tm quietis eius non eodēmō oēs assignant. Insup quidā totam celestē regionē vnū ⁊ continuū putant esse corpus alij autē pl'a ⁊ cōtinua corpora. sed de eor numero ⁊ ordine multiplex fuit opinio. hij nempe octo tantū putarunt celestes spheras alij nouē alij vero decē. Et quidā solem in scdo celo posuerunt alij in quarto celo ipm collocant. Ubi autē tanta doctor opinionūq diuersitas est materie difficultas insinuatur. Has tm oēs phor diuersitates plerasq alias (quas Aristoteles eiusq cōmentator in libris de celo et in libris metheoror recitant) auctor iste in hoc pmo capl'o valde rationabiliter ⁊ paucis absoluet euacuabitq. ¶ Circuli quoq in celesti sphera ymaginabiles eor officia noīa et cuiusq eor in portiones suas diuisio atq zonarum celi ⁊ terre p circulos pticio (de q̄bus in secūdo huius capl'o est sermo) multis p difficiles apparent eosq ymaginari ex fantasie debilitate mime valet. Non em oīm est acribologia mathematica vt dicit in scdo methaphisice. ¶ Plerq insup ea de quib⁹ in tertio capl'o agit (ortus vz ⁊ occasus signor ⁊ stellarum in orizonte. dierū ⁊ noctiū ⁊ naturaliū ⁊ artificialiū crementa decrementaq. diuersitates singulis habitationibus ex sole stellis ⁊ tpibus accidētes. Et diuisionē terre habitabilis p climata siue regiones suas) cognitu difficilima putant nec ab aliquo nisi pspicaßissimo plene capi posse arbitrantur. ¶ Circa orbes vero eccentricos ⁊ epicicios motusq planetarum ⁊ octaue sphere (que capite quarto ymaginari docētur) graues accidunt pplexitates. Quidā em et quidē p celebres viri hos orbes impossibiles iudicarunt putātes has esse falsas astrologor fictiones nature impossibiles. quietiā tpe Aristotelis putabat hor positio circulor vana vt pz ex duodecimo methaphisice. Alij vero ⁊ si hos orbes cōcedant non tm oēs in eodē numero figura ⁊ situ eor cōueniūt. Non desunt etiā qui motus pprios planetar ⁊ octaue sphere ab occidēte versus orientē negauerint sed dicunt illos motus nō esse nisi quasdā planetarū a pmo mobili retardatōes. Alij aūt hos motus ponūt sed horum quidā plures quidā pauciores mot⁹ eidē stelle attribuūt. In octaua deniq sphera sunt qui vnicū dicunt esse motū sunt ⁊ qui duos tm alij vero tres motus eidē assignant. De causis demū eclipsiū difficile est ptractare quas nonnulli ex alicuius corporis interpositione alij vero ex terre motione contingere dicunt. Que oīa (cum insequentibus de singulis specialē fecerimus mentionē) clarius intueri licebit.

difficultates primi capli

difficultates scdi capli

difficultates tercij

difficultates quarti capli

Capitulū primū de forma mūdi. habet tres ptes. prima quosdā terminos proposito necessarios exponit.

Sphera (vt geometre aiunt) est corpus rotunditate perfectū. Cui⁹ oēs dyametri sunt equales vt globus ligneus ferreus vel lapideus. Hec aūt duplex est. altera solida que proprie sphera dicit altera concaua que orbis proprie appellatur. Sphera igit proprie dicta ab Euclide sic describitur. Sphera est transitus circūferentie dimidii circuli que (fixa dyametro) quousq ad locū suū redeat circūducit. id est sphera est tale solidum

Diffinitio sphere diuisio eius.

Prima diffinitio sphere in speciali.

rotundum quod describitur a semicirculo super dyametro fixa circũducto. Sphera etiã a Theodosio sic describitur. Sphera est solidũ quoddã vnica supficie contentũ in cuius medio punctus est a quo oẽs lincee ducte ad circũferentiã sunt equales. Orbis aũt est sphera que duabus terminat supficie bus cõuexa scz exteriore ⁊ cõcaua interiore. Hee due supficies si cõcentrice fuerint: erit ipse orbis vniformis ⁊ eque spissitudinis circũ circa. Si autem earũ duo centra extiterint: orbis difformis erit corpulẽtie et i pte grossior in pte vero gracilior. Centrũ sphere dicit pũctus in medio eius a quo oẽs linee ad circũferentiã ducte sunt equales. Linea vero recta trãsiens p centrum sphere applicans extremitates suas ad circũferentiã ex vtraq; pte (cũ circa eã sphera reuoluit) axis sphere dicit. Duo quidẽ puncta axem terminantia dicunt poli sphere. Vniuersa quidã huius mũdi corporei machina vnica su perficie cõuexa videlz supremi celi continet. in cui⁹ medio (q; terra est) centrum est signabile, atq; ab extremo ad extremũ vniuersi p centrũ scõm reuolutionẽ celi axis est producibilis. cuius duo extrema puncta dicunt poli mũdi. quor vnus nobis sublimis semp iuxta stellã maris seu minorẽ vrsam firus est. Merito itaq; mũdus iste (licet plurium corporum compositione sit aggregatus) sphera nuncupatur.

Secunda diffinitio.

Diffinitio orbis

Eiꝰ diuisio.

Quid cẽtrũ

Quid axis

Quid polus

Qõ mũdus sphera sit.

sionis et primo ponit regionis elementaris diffinitionem. secundo eius diuisionem aut nume rum partium eius declarat. ibi: q̃ in quattuor. tertio earundem ordinem. ibi. est autem terra. quarto harum partium figuram. ibi. quorum trium. quinto earum motum ostẽdit ibi. omnis etiam. Diffinitio ergo in hoc sensu est accipienda q̃ regio elementaris est illa pars vniuersi in qua continue fiunt rerum transmutationes alterationes scz generationes et corruptiones. Unde accipitur in hac diffinitione alteratio largissime pro omni trãsmutatione. Ideo regio elementaris ab omnibus dicitur sphera actiuorum et passiuorum. Quod autem postea subditur peruia est intelligendum id est dans viam et aditum siue est continue subiecta et obnoxia alterationi. peruiũ enim dicitur id per quod est via ad aliquid sicut etiam iuiũ id per quod non habetur via vnde dicimus corpora dyaphana esse visui peruia vt vitrum cristallum aquã et huiusmodi. dicimus etiam lutosam/ aquosam/petream/aut desertam regionem esse inuiam: sicut dicitur in psalmo: In terra deserta inuia ꝛc. et hoc modo elementaris regio est peruia alterationi continue quia in ea faciles et assidue fiunt transmutationes. ¶ Textus. Que in quattuor. Hic ponit regionis elementaris sub diuisionem datq̃ numerum partium eius et primo facit hoc. secundo ibi. et hec quattuor. declarat nomina illarum partium. Sub diuisio sua clara est. ¶ Textus. Et hec quattuor. Ponit nomina predictarum partium regionis elementaris et quidem nomina earum propria et specialia dicta sunt quia vocantur ignis aer aqua et terra ideo declarat nomẽ omnibus eis cõmune et primo dicit q̃ iste quattuor partes dicte sunt illa que cõmuniter homines vocant elementa mutuam iuicem pugnam gerentia seseq̃ continue alterantia generancia et corrumpentia. Quodquidem non est sic intelligẽdum q̃ vnum elementum totũ aliud corrumpat quia hoc nunq̃ fit naturaliter vt probat phs in primo metheororum dicens. hoc quidem semper manet aere plenum illud vero igne etc. vbi intendit q̃ elementa quo ad suas totalitates sunt toti mũdo cœua et eque duratura sicut celestia corpora ex eo q̃ semper locus ignis est igne plenus et locus aeris aere ꝛc. Sed quod dicitur intelligendum est q̃ pars vnius elementi quandoq̃ alterat et corrumpit partem alterius formamq̃ sue speciei in eius materiam introducit et conuerto. Et in hoc sensu est accipiendum q̃ dicitur in eodem primo metheororum scz q̃ tpe calido et estiuo elementa superiora generantur inferiora vero corrumpuntur et in exalationes resoluuntur. tẽpore vero hyemali econtra elementa inferiora generãtur superiora vero corrumpuntur et in pluuiam decidũt. ¶ Secũdo ibi: sunt autem elementa. ponit elementi diffinitionem pro maiori precedẽtium declaratione que talis est elementa sunt quedam corpora simplicia i. non mixta ex aliis corporibus que tamen in partes diuersarum formarum aut naturarum a se inuicem vel a toto minime diuidi possunt. Licet autem elementa non sunt mixta corpora ex eorum tamen ad inuicem cõmixtione omnia alia corpora fiunt que in quinq̃ modos generatorum corporum distinguntur. In primo gradu et infimo sunt mixta imperfecta que dicuntur impressiones metheorologice. In secundo lapides ꝛ mineralia omnia que dicuntur mixta inanimata. In tertio vegetabilia ꝛ plante. In quarto bruta animalia. In quinto ꝛ perfectissimo gradu sunt homines. Hec tñ diuersitas mixtorum corporum vt dicitur in scõo de generatõe non ex diuersitate miscibiliũ sed ex diuersa eorũ ad inuicẽ proportione contẽpamẽtoq̃ puenit ꝛ vnũ quodq̃ mixtorũ corporũ naturã predominantis elemẽti insequitur ꝛ ab eo denoiat vt dicit in pmo celi. ¶ Circa predicta sciendum est primo q̃ actor presupponit ꝛ nõ pbat hic quatuor esse elementa eo q̃ oim ferme phorũ sentẽcia huic cõclusioni fidẽ facit. ꝛ nemine discrepante oẽs tã phisici q̃ medici astrologi quoq̃ methaphisici ꝛ theologi plane fatent quattuor esse elemẽta Accedit ꝛ alia ratio potior. decet em̃ sicut ꝛ medicum (vt Auicenna in canone recte dogmatizauit) ita et astrologum in hoc phisico credere. omnis quidem inferior artifex credit principia sibi a superiore tradita et non nititur ea probare quoniam hoc excedit eius facultatem inq̃tum talis. Unde non interest astrologie que phisice subalternatur sciencie probare quattuor esse elemẽta sed credere. Probat enim eorum numerum magnus phisicus Aristoteles precipue tribus in locis sue phisice primo in quarto de celo ex numero qualitatuz motiuarũ scõm locũ. deinde in scõo libro de generatõe ex q̃druplici possibili qualitatũ primarũ actiuarũ et passiuarũ adinuicẽ cõbinatione. tercio in pmo metheororũ ex diuersa ꝛ multiplici ĩ matiam

Quomõ intelligit q̃ elemẽta se ipsis corrumpuntur

Quinq̃ gradus mixtorum corporum.

Utrum sint quattuor elementa.

Ratões Aristoteles ad ꝶ. quod sint quatuor elementa

elementarem celestiũ corporũ actione. Si aliqua tñ probatio astrologica pro hac cõclusione adduci posset non multũ differret ab ista tertia Aristotelis rõne. vnde ⁊ Ptholemeus in prima pte quadriptiti ⁊ Albumazar in ꝑmo tractatu de magnis coniũctionibus oñs astrorum influentias ad quattuor elementorꝫ cõplexiones reducũt. quasi elementa ipsa ex celorum et astrorum motibus sue distinctionis trahant originem. ¶ Aliqui tñ elementum ignis negare voluerunt tali persuasi ratione. si eñ vt aiunt inter nos et celum esset ignis ita magnum corpus vt ponitur videremus ipsum et non tãdiu lateret nos. vel enim esset ignis lux vel flãma vel carbo has nãq; tres species ignis philosophus in quinto thopicorum distinguit. quia igitur nichil horum etiam in summa serenitate noctisq; obscuritate videmus concludunt nullũ ibi esse ignem. Sed isti decipiuntur nescientes ad questionem quam argumentum proponit respondere. ignis enim in decuplo aere rarior est quia fortius a celo agitatur trahitur et mouetur motus autem causa calefactionis et rarefactionis ponitur in primo metheororum. si igitur ser propter suam raritatẽ visum non terminat nec a nobis videtur nisi de per accidẽs ingrossatus: multo minus ignis in propria sphera videri poterit nisi aliene materie et grossiori incorporatus. Distinctio aũt illa ignis triplicis incõuenienter adducitur est eñ de mente quorũdam antiquorum et satis in hoc delirantium. lux siquidem cum sit qualitas non conditiditur sub eodem genere proximo carboni aut flame que substancie et corpora sunt. Item flama et carbo non specie sed accidente differunt. vnde ⁊ eandem distinctionem Aristoteles ibidem post pauca refellit. exempla enim naturalia aut moralia que Aristoteles in libris logicis põit nullius sunt auctoritatis ¶ Sciendũ secundo q̃ elementum vt phs dicit in quinto methaphisice proprie loquendo sola materia prima dicit. Est enim elemẽtum ex quo primo componit res cum insit indiuisibili scõm speciẽ q̃ proprie nõ ꝓuenit nisi materie ꝑme. ea q̃dẽ simpliciter ꝑma est in rerũ naturaliũ ꝓpositiõe. est eñ subiectũ ⁊ fundamẽtũ totius actionis naturalis. Extendit tñ vocabulũ elemẽti q̃nq; ad oẽ ꝑncipiũ intrinsecũ rei quomõ capit scõz quosdã a phs in principio prohemij phisicorũ cũ ait quarũ sunt principia cause aut elemẽta. Transumitur etiam q̃nq; idem vocabulũ ad significãdum oẽ primũ in aliquo genere rerum quomodo litteras elementa grãmatici vocãt. Principia etiã cuiuslibet sciencie eius elementa dicuntur. vnde dicimus librum elementorum geometrie Euclydis illum in quo et principia et precipuas geometrie conclusiones tradidit. Prima insuper corporꝫ ignis scz aer aqua et terra transumpto vocabulo elementa dicuntur. in quo sensu vtitur Aristoteles hoc nomine in plerisq; sue phie passibus. non tamen ea simpliciter elementa dicit sed vocata elementa corporum vt patet in secundo de generatione et primo metheororum per hoc videlicet inuens non proprie sed transumptiue hec quattuor corpora elemẽta dici. Auctor etiam iste in hoc sensu elementa diffiniuit pro primis scz corporibus que ex aliis mixta non sunt sed alia oia ex ipsis. ¶ Textus. Est aũt terra. Declarat ordinẽ elementorꝫ ⁊ primo facit hoc. secũdo causam ordinis assignat. ibi: sic eñ ea. Ordo aũt elementorum talis est q̃ terra est sub oibus elementis et in medio oim corporum velut eorũ ⁊ totius mũdi centrũ sita. ⁊ ĩmediate super ipsam ⁊ in eius circuitu est aqua. super aquã aer. sup aerẽ ignis. qui ĩmediate celum lune attingẽs purus et non turbidus illic residet. Per circa autem sepe repetitum auctor supra vel in circuitu intelligit. in rotundis enim concentricis siue circulis siue corporibus q̃ alterum circuit et ambit supra illud est quia a centro distantius. centrum autem locus inferior est circunferencia vero superior vt dicitur in quarto de celo. Dicitur notanter ignis purus et non turbidus. purus quidem propter ĩmixtionẽ aliene nature. vt eñ dicitur in ꝑmo metheororũ vel elementũ simplex nullibi est vel si alicubi in loco ignis est. extrema etiam mediis elementis sunt simpliciora et magis pura minusq; mixta vt dicit in scõo de generatõe. Ignis etiã nõ turbidus dicit q̃ eo vapores non ascendunt neq; ibi nubes generant vt eñ habet phs in primo metheororum non modo in sphera ignis verum nec in suprema aeris regione nubes constare coagulariq; possunt. ¶ Textus. Sic eñ ea. Dat causam ꝑdicte ordinatõis elementorꝫ et ne posset in errore deprehendi recurrit ad supmã oim causã que est diuina volũtas dicẽs q̃ deus sua infinita bonitate et sapiencia qua elementa formauit cognouit quis locis vnicuiq; eorꝫ iuxta meritũ sue nature deberetur et talem locũ ei delegauit. Sicut eñ q̃ sint quattuor

Ratio astrologorum ad hoc

Aliqui negauerũt elemẽtũ ignis

Contra eos.

Multiplex acceptio elementi

elementa ratio naturalis asignari potest preter diuinā voluntatē. cur āt in hac materia potiꝰ q̄ in alia formā terre deus posuit in illa vero formā ignis: nulla alia pōt a voluntate dei reddicā. Similiter q̄ sint q̄ttuor principalia loca corporꝫ in regione elemētari cause alique scōe asignātur. cur autē in hoc loco potius q̄ in illo deus terrā aut ignē posuit sola dei voluntas est causa. vñ Augꝰ sup Johāez ⁊ in libro de pdestinatione sanctorꝫ propter similes questiones dicit. noli querere si non vis errare. Circa hoc est aduertendum q̄ sicut astrologi non est elementorum numerum probare sed supponere: sic neqꝫ eorꝫ ordinē sed hoc est superioris scilꝫ phici. probat eñ hunc ordinē Aristoteles ex elementorꝫ qualitatibus motiuis in quarto de celo. item ex diuersa corporis celestis actione sup elemēta in pmo metheororꝫ. Ordinē tamē hunc sensibilibus signis cognoscere textus infra monstrabit. ¶ Textus. Quorum trium. Proponit elementorū figuras et primo facit hoc secundo dat exceptionem de aqua. ibi. nisi q̄tum. Figure elementorum vt dicit oēs sunt circulares et rotunde terra quidē spherica est alia vero tria elementa orbicularia corpora. sed huius rei causas ⁊ signa inferius videbimꝰ. ¶ Textus. Nisi q̄tum. Facit exceptionem de elemento aque dicens q̄ aqua circulum non cōplet neqꝫ est oīno rotunda cuius duas causas assignat. vnam efficientē sed naturalem ex terre siccitate que continuo in humidum aqueum agens aquam diminuit vel saltem ei resistit ne possit totam terram cooperire vnde nec figuram circularem complere. Alteram causam assignat finalem et supernaturalem scꝫ diuinam prouidenciam que sic voluit aquam dimittere ne totam cooperiret terram propter vitam quorundam animaliū tuendam. vt enim dicit in secūdo de generatione omnia fere mixta supra terram sita esse oportet eo q̄ in omnibus eis superabundat terra: quedam autem istorum sub aquis diu durare non poterant videlicet animalia sanguinem habēcia talia enim omnia respirant ad cordis et sanguinis refrigerium vt dicitur in secundo de anima (pisces autem sanguinem non habent nec respirant aliquem tñ humorem habent sanguini proportionalem) ideo oportuit aliquam ptem terre discoptam mansisse in mundi creatione ad talium animantium vitam conseruandam. Quidam autem aliam terciam causam huius rei assignant. quia vnūquodqꝫ maxime est in loco sue nature cōseruande proportionato in omnibus aūt mixtis superabundant tria elementa terra scꝫ aqua et aer. locus igitur oīm fere mixtorū debuit esse ille in quo concurrunt hec tria elementa hiis enim maxime natura mixtorum conseruatur hic autē locus dari non posset nisi terra alicubi esset aquis discooperta. ¶ Circa hoc est notandum q̄ licet secunda harum causarum indubie sit vera nā hoc expresse habet in sacra scriptura Genesis primo diuisit deus aquas ab aquis et paulo post dixit deus congregentur aque in vnū locum et appareat arida vocauitqꝫ deus aridam terram et congregationes aquarum appellauit maria. Tamen de prima causa quā auctor assignat magna incidit ambiguitas. tum qꝛ oīs actio fit a proportione maioris inequalitatis agentis ad passū vt dicitur in prio de generatōe terra aūt multo minor est aqua ñ non videtur probabile q̄ tantula terra tātam aquarum multitudinem possit a se ppellere. Tum eciam quia quereretur ab auctore quare magis ex ista parte q̄ ex opposita terra obsistit aque cum tamen ipsa sit corpus homogeneum et similis nature et virtutis in oībus suis partibus vnde difficile videtur per naturam causam huius rei assignare. Nisi forte diceretur vt aliqui dicunt q̄ terra non solum propriis viribus sed eciam a superioribus corporibus valde adiuta et corroborata hāc aquarum propulsionem causat seseqꝫ discooperit. dicunt enim hij q̄ in parte septentrionali iuxta polum nostrum sunt quedam stelle de natura saturni frigide ⁊ sicce ille scilicet que sunt in duabus vrsis et drachone vt apparet in Almagesti Ptholemei regis egipti et in tabulis Alphonsi hyspaniarum et romanorum regis. quarum quidem stellarum assiduis impressionibus influētiisqꝫ siccitas terre fortificata aquas in oppositam ptem mouet. vnde semp terra in parte septētrionali detecta remanet. Et per hoc posset respōderi ad dubiū ⁊ ad predicta argumēta. Ad primū eñ diceret q̄ terra sic fortificata se habet in p portiōe maioris inequalitatis in sua actione ad aquā. Ad scōm silr diceret q̄ in alia pte celi non sunt stelle tales nec taliter se habentes ad terram sicut in parte septentrionali Unde Aristoteles forte hac ratione motus dicit in scōo metheororum q̄ tota habitatio versa est ad arctum.

Utruꝫ pdicte cause sint ve.

Obiectio

Solutio astrologorum

Capitulum primũ.

¶ Et si aliquis adhuc instaret q̃ non videtur probabile si deus a principio totam terram cooperta aquis reliquisset eisdem tamen stellis eiusdẽq; virtutis et in eadem ptc celi existentibus cum concursu etiam generali dei q̃ per actionẽ naturalem siccitatis terre in humidũ aqueum potuissent aque maris sic expelli ⁊ terra discooperiri. Dicere tur q̃ forte fuisset possibile terrã sic naturaliter discooptam fuisse aquis. et tñ illo admisso nõ sequit̃ stellas istas nõ cõcurrere aut nõ coagere ad p̃faram terre discooptionẽ. possibile eñ est q̃ deus sus infinita potẽtia primã terre discooptionẽ fecerit sed post hanc factã ad eius conseruationẽ has scõarias cãs subdelegauit. vt eñ ait Augustinus deus supnaturaliter oĩa cõdidit permittit tñ ea naturaliter opari. vel põt dici vt aliqui volunt q̃ terra nõ est in medio firmamẽti precise quo ad centrũ siue magnitadinis ideo nõ totaliter aquis est cooperta nõ quidẽ q̃ ipsa aquis resistat sed potius quia grauitas aque eam a medio expellit. vñ isti aquã in loco suo concedunt nõ terram. primi vero e⁊tra. Si tñ iste modus dicẽdi alicui nõ placeret oporteret dicere q̃ hec terre discooptio nõ solum miraculose ⁊ supnaturaliter incepit: sed etiã miraculose in esse cõseruatur ꝓter vitã quorũdã aĩantiũ tuendã. ⁊ q̃ nulle vires quarũcũq; causarum naturalium ad hunc effectum sufficiunt ⁊ hoc videt̃ sacra scriptura inuere ꝓuerbiorum octauo cũ inquit qñ circundabat mari t̃minũ suũ ⁊ legẽ ponebat aq̃s ne trãsirent fines suos. et in psalmo. 103. posuisti terminũ quẽ nõ transgredient̃ neq; cõuertent̃ operire terrã ex quibus duob⁹ passib⁹ videt̃ terre discoopertio nõ solum infieri sed etiã incõseruari a sola dei potẽtia dependere et q̃ miraculum est q̃ aq̃ non cooperiãt terrã. ¶ Textus. Oĩa etiã. Proponit elemẽtorũ motũ dicẽs q̃ tria supiora elemẽta motu cõtinuo circulariter ferunt̃. rapiunt̃ eñ vi motus celestis. sola autẽ terra infima ĩmota manet nõ solum circulariter sed etiã motu recto. cuius duas videtur tangere cãs. prima est nimia eius distantia a corporibus celestibus ⁊ hãc ponit cũ dicit que vt centrum mundi. vnde non põt sic trahi in girum sicut alia elementa que magis celo ap propinquant. scõa cã est terre grauitas que semper eam in medio detinet et hanc tangit cum subdit ponderositate sui. ex hiis igit̃ duobus sequit̃ terrã naturali quiete centrũ mundi possidere sed de hoc elementorum motu ⁊ quiete postea latior erit sermo.

Replica.

Solucio.

Solucio theologorũ.

¶ De forma mundi quoad etheream regionem.

Circa elementarẽ quidẽ regionem etherea regio lucida. a variatione oĩ sua ĩmutabili essencia ĩmunis exñs. motu continuo circulariter incedit. et hec a philosophis quita nũcupatur essencia. Cuius quidem regionis plures sunt sphere. quidã tñ nouẽ solũ eas posuerũt sphẽrã scz nonã que primus motus siue primũ mobile dicit̃. sphẽrãq; stellarũ fixarũ que firmamẽtũ nũcupat̃. ⁊ septẽ sphẽras septẽ planetarũ saturni videlz/iouis/martis/solis/veneris/mercurii et lune. quarũ quedã sunt maiores q̃dã minores scõm q̃ plus vel minus accedũt vel recedũt a firmamẽto. vñ inter illas sphera saturni maxima est spera vero lune mima. Alii vero preter has decimã faciũt sphẽrã quã primũ motũ siue primũ mobile sperã aũt nonã scõm mobile dicũt. sub hiis etiã octauã sphẽrã septẽq; planetas vt p̃dicti collocant. Istarũ aũt sphẽrarum quelibet supior inferiorẽ orbicl̃ariter circundat. Quarũ quidẽ duo sunt motus. vnus eñ est celi vltimi sup duas axis extremitates scz polũ arcticũ et antbarticũ ab oriẽte p̃ meridiẽ in occidentẽ iterũ rediens in orientẽ quem equinoccialis circulus p̃ mediũ diuidit. Est et alius inferiorũ sphẽrarũ motus p̃ obliquũ huic oppositus sup axes suos distantes a primis viginti trib⁹ gradibus triginta tribus minutis. hunc siquidẽ motũ scõm diuidit p̃ medium zodiacus sicut et equinoccialis primũ. Sed primus motus oẽs alias sphẽras secũ impetu suo rapit infra diẽ et noctẽ circa terrã semel. ille tamen

De celorum substancia
De eorũ numero. prima opinio
Secunda opinio
De figura celorum
De motibus celorum
Cõparatio motiuũ. et eorũ tẽporũ.

contra nitētes per zodiacū circulum in diuersis spaciis tēporū ab occidente versus orientē reuolutiones suas pficiūt. Vt nona sphera in quadraginta nouē millibus annorū. percurritq; in ducentis annis gradū vnū et viginti octo minuta zodiaci fere. se cū tali motu octauā sphērā ⁊ oēs auges planetarum preterq; lune scdm longitudinē rapiens. Octaua vero sphera ꝓpꝛio motu scz trepidatōis seu accessus ⁊ recessus in septē mille annis circulū parūū describit. ꝓtransitq; gradū vnū zodiaci qñq; quidē in centū ānis: qñq; vero in sexaginta: nōnūq; aūt in alio annorū interuallo. Saturnus autem in triginta ānis. Iupiter in duodeci. mars in duobus. sol in trecētis sexaginta quinq; diebus et fere sex horis. venus et mercurius similiter vt sol. luna vero in viginti septē diebus et octo horis circulos suos complent.

¶ Hec est scda pticula scde ptis vbi auctor ꝓponit qualis sit forma mundi quo ad regionem etheream. ⁊ ꝓponit ēqtuor ꝓmo huius regionis diffinitionē. scdo eius diuisionē ibi cuius quidē numerū ⁊ ordinē sphērarū celestiū declarans. tercio ꝓponit celoꝝ figuras ibi istarum autē. quarto eoꝝ motus ibi quarū quidē. ¶ Descriptio ergo etheree regionis sic intelligenda est. regio etheria vel celestis est illa mūdi ꝑs q̄ imediate supra regionē elemētarē sita est: que ex natura sua lucida est. ab oī trāsmutatione qua aliq̄d abiciť a re oīno aliena. cuius motus perpetuus est ⁊ sine fine. a quattuor elementoꝝ naturis essencia differens. In qua quidē diffinitione quiq; huius regionis laudabiles ꝓprietates enumeranť quib⁹ regionē elemētarē lōge antecellit. prima sumiť ex eius situ ⁊ loco. qꝛ regio etherea est supra regionē elemētarē ideo sicut continēs contēto ei compať. et locus oīs vniuersi eo nobilior a phis putať quo superior existit. qꝛ a corruptibilibus istis remotior ⁊ diuinis illis orbiū motoribus optima vita fruentibus nec tēpore senectā aut aliā inueterationē suscipiētibus ꝓpinquior ⁊ vicinior. Scda ei⁹ ꝓprietas (que tangiť ibi lucida) sumiť ex eius naturali qualitate scz luce que multo preciosior est ꝓprijs elementoꝝ qualitatibus. Hee nāq; actiue ⁊ passiue cōtrarieq; adinuicē sunt mutuam pugnā ⁊ reluctamen habētes sese ⁊ alias res ad interitū ⁊ corruptionem ducētes qꝛ de eis dictū est passio magis facta abicit a substancia: Lux vero que qualitas est primi corporis alterantis sed inalterati nulli alteri est cōtraria nec alicui⁹ in ipsam actione detrimentū suscipit nullā etiā rē ad corruptionē ducit sed potius hiis oībus inferioribus vitā esse ⁊ duratōez influit. huius preterea susceptiuū q̄ dyaphanum est semp in vltima se habet ad ipsam dispositione ea em̄ fere in instanti totū mediū illustrat. mirabiles sed latentes effectus habet. nobilissimi sensus scz visus obiectū est. de hac etiā sola qualitate tota vna sciencia inter mathematicas ⁊ phicas elegantissima scz pspectiua ꝓfundissimas theorias tradit. Tercia huius regionis notabilis proprietas (que notať ibi a variatione oīm) ⁊c. accipiť ex eius intransmutabilitate. est em̄ talis nature hec etherea regio q̄ nec alterari nec augeri aut minui neq; etiā generari aut corrūpi queat vt dť in ꝓmo ⁊ scdo de celo ab omī si quidē motu ad formā est absoluta imunis ⁊ libera celoꝝ substancia. cui⁹ oppositā de elemētis diximus. Quarta que ibi poniť motu ꝓtinuo ⁊ c. attendiť penes eius motū localē qui circularis cōtinuus ⁊ perpetuus est eo q̄ semp in suo principio ⁊ fine exñs nūq̄ interrumpiť: vt dicit phs in ꝓmo metheororū nec vnq̄ ipm cessare contingit ꝓpter cōtinuas rerū generationes ⁊ corruptiones saluandas vt habeť in scdo de generatōe. motus aūt elemētoꝝ rectus est ⁊ cito finē facit. Quinta ꝓprietas (que ponitur ibi et hec a phis sumiť ex huius regionis natura substancia vel essencia. non em̄ est celū elementū aut elementatū sed alterius quinte imixteq; nature a q̄tuor elementis valde semote ideo inter corpora substancia celoꝝ diciť quinta essencia eo q̄ ab aliis quattuor elemētis corpus essencia distinctū sit. ¶ Sz circa predictā diffinitionē est sciēdū q̄ de natura et substācia celoꝝ ⁊ stellarū magna fuit phoꝝ diuersitas antiqui em̄ (quoꝝ precipuus fertur empedocles vt Aristoteles tradit in scdo de celo ⁊ in ꝓmo metheororum) putauerūt celos esse de natura aeris astra vero de natura ignis. Sed Aristoteles ⁊ oēs phi post eū sbām celoꝝ et stellarū quintā essenciā corporalē dixerunt id est naturā distinctā a quattuor elementorum ⁊ mixtoꝝ naturis. Et contra predictos antiquos multis rationibus arguit sed potissime Ari

Quiq; ꝓprietates etheree regionis

Prima.

Secunda.

Tercia.

Quarta.

Quinta

Cui⁹ nature est celum

stotelis ratio hec est oia elemēta sunt adinuicem cōtraria naturaliter actiua ⁊ passiua et sese corrūpētia qz q virtuosius est corrūpit debilius. cognitū aūt est theorematibus astrologicis terrā nō mō celis sz etiā q̄busdā astris esse multo minorē siliʒ ⁊ aquā. si g̃ celi ⁊ astra elementaris essent nature iādiu hec duo elemēta ppt̄ ĩmoderatū excessū vtutis corrupissēt ⁊ ĩ sui naturā redegissent. Et itē qz oia elemēta certā adiuicē hnt ꝓportionē nō g̃ est possibile q aer vel ignis tā ĩproportionabiliter se habeāt ad aquā ⁊ terrā sicut celi ⁊ astra se habēt ad eadē. cōsequētia est manifesta sz añs ꝓbat̄ qz in homogeneis sicut se hz ps ad ptē (itelligēdo de ptib⁹ eiusdē denoiatōis) ita existīare oz ⁊ totū se hre ad totū. constat aūt ptē ignis ad ptē aeris vel ptē aeris ad ptē aque aut ptē aque ad ptem terre se habere solū in propōe decupla. qz scz ex vno pugillo terre fiūt decē pugili aque ⁊ ex vno aque fiunt decem aeris ⁊ ex vno aeris decem ignis. oportet ergo quelz duo elemēta proxima solum in proportione decupla ⁊ subdecupla se habere qualis proportio nō est celi ad aquā ⁊ terrā. celi g̃ ⁊ astra nō sūt elemētaris nature sed alteri⁹ quite ĩgenite incorruptibilisq ⁊ ab oī motu ad formā penit⁹ ĩmunis vt etiā auctor in textu dicit. ¶ Et licet oēs moderni phi cū Aristotele in hoc cōcordent est tn̄ inter eos aliq̄ diuersitas quidā eñ eorꝫ celos ex materia ⁊ forma ponūt cōpositos materia quidē nō subiecta alicui trāsmutationi ad formam eo q vt dicūt tota illius materie potēcialitas sua forma ē actuata ⁊ saciata ⁊ ad nullā aliā formā est vlterius in potēcia. quidam tn̄ eorꝫ hanc materiam eiusdem rōnis ⁊ speciei cum materia generabiliū ⁊ corruptibilium dicunt. alij vero diuerse. Sunt ⁊ alij qui celum simplicem sbām ponūt quorꝫ precipu⁹ est cōmētator Aueroys. Quas quidē phorū diuersitates (qz de mēte Aristotelis circa hoc nō ꝓstat) nūc relinq̄m⁹ vtraq̄ eñ pars satis ꝓbabilis est ⁊ doctores sollēpnes habet fautores. hōc tn̄ vnū certo scim⁹ Aristotelem sensisse celestia corpora illi⁹ quite essencie (q̄ dicim⁹ ab elemētis ⁊ mixtis distinctam) eē ¶ Stellas aūt eiusdē nature cū suis orbib⁹ ponit in scōo de celo ⁊ in p̄mo metheororꝫ ptes eñ sunt corporꝫ homogeneorꝫ. Differūt tn̄ stelle a suis orbibus accidētaliter in duob⁹ primo quidē densitate ⁊ raritate qz stelle sunt dēsiores cōpactioresq partes orbiū vt expresse dicit in primo metheororum. sicut enim in corpore ligneo aliqua pars est valde densa et compacta (eiusdem tamen nature cum toto) quam dicimus nodum ligni: sic ⁊ in celis partes densiores stelle sunt. quod autē hee dre rari ⁊ densi in partibus celi sint argumētum sumit Aristoteles ex luna in cuius ptibus hec diuersitas manifestissime apparet quia partes ille obscure (que macula lune dicitur) rariores sunt: lucide vero ptes densiores. Scōo differūt stelle a suis orbibus in luce ⁊ claritate qz stelle ꝓpt̄ sui cōpactionē ⁊ dēsitatē corpora specularia sunt que radios solares ad ipsas emissos reflectere possint. alie vero ptes celorum eo q rare sunt ⁊ perspicue admodum cristalli aditum facilē radiis prebent nec sensibilem eorū faciunt reflexionē vnde ⁊ partes lune dēsiores lucide sunt ꝓpter dictā radiorum solarium reflexionē. rariores vero obscure manēt qz tales radios trāsire pmittūt. Nomē ergo stelle duo dicit ptem scz celi densiorē ⁊ lucē solarē ab ea repercussam. ¶ Utrū autē stelle lucē aliquā habeāt sibi ꝓpriam preter lucē solarē ab eis reflexā dubiū est. probabilius tn̄ videtur ponere vnū primū fontē luminis a quo quicquid lucis in aliis est deriuet. Et item qz mirū est si stelle proprium lumē hnt q illud nō sit sensibile a nobis cū videamus lunā hora eclipsis eius qn̄. s. p̄mariū lumen solis non percipit nullā habere lucē ⁊ si colorē videat hre: eo q vmbra terre non oīno est tenebra sed lucem secūdariam solis habet. vmbra eñ vt dñt perspectiui est lumen diminutū. vnde et luna eclipsata aliq̄d lucis solaris recipit. s. lumen secundarium et propter hoc colorata videt si tamē oīno luce solis careret nullomō lucida aut colorata apperet. Et insup qz ex quo stelle sufficienter a sole illuminant nō videt ad q̄d deseruiat illa lux ꝓpria stellarū. deus eñ nichil frustra fecit sed oia disposuit suauiter. Nisi forte dicat q illa lux ꝓpria dat luci solari certam virtutē q̄ non habebat in sole: quia scōm astrologos lux solis in saturno ĩfrigidat ⁊ in marte calefacit in luna vo humectat ⁊ sic de aliis virtutibus in aliis stellis. Hee tamen diuersitates eque bene saluantur sola luce solis posita in stellis. cū eñ oē accidēs ad modum subiecti recipiat: scōz q lux solis in diuersis corporib⁹ recipit diuersos effect⁹ opat̄. sicut etiā idē calor ignis cerā ⁊ butirū liq̄facit lutū āt ⁊ massam ĩdurat. ¶ Sed aduertēdum q stellarū quedam sunt scintillantes. s. fixe. alie non scintillant vt planete. scintillationis tamen causā difficile

Prīa ratio

Scōa ratio.

Diuersitas modernorꝫ circa hec.

Prīa opio
Scōa opio
Tertia opio

De natura stellarum

De macula lune

Utrum stelle habeāt ꝓ priam lucē

De scintillatōe stellarū.

est cognoscere. Quidã eñ ĩmoderate distãtie ⁊ visus debilitati eã ascribunt quoꝝ opinionẽ Aristoteles in ꝑmo posteriorꝝ in exẽplum adducit. Alij vero motũ celi continue angulos irradiationis solaris variantẽ cãm esse dicũt. Alij autẽ ex visus conamine vltra suã facultatẽ circa obiectũ valde appĥẽsibile ĩ ꝓportionabiliter distans hoc prouenire putãt. Sz neutra harũ causarũ se sola videt sufficere. tũ qꝛ multa corpora nobis propinqua et luce forti solis supfusa videnꝯ in diebus estatis scintillare. vt tegule domoꝝ ⁊ parui colles. ferrea: quoq; et aurata corpora. Tum qꝛ planete qui nõ scintillant eque bene mouenꝯ cũ primo mobili sicut stelle fixe. Tum eciã qꝛ multe stelle fixe facilius oculo presentanꝯ q̃ planete aliqui vñ nec visus tñ circa eas conat sicut circa planetas ⁊ nichilominus stelle fixe scintillant oẽs: planetarum aũt nullꝰ, nisi forte saturnus oĩm supmus qui flante boꝛea videt scintillare. Oẽs tñ iste cãe simul vnã totalẽ cãm valde probabilẽ efficiunt. cum eñ angulus radij solaris cũ supficie stelle fixe sit magnus ⁊ visui bene pceptibilis propt maiorẽ a sole distantiam: ille aũt ex motu proprio solis ⁊ ex motu ꝑmi mobilis cõtinue varietur: ⁊ cũ visus propter distãciã magnã aliquo mõ conet nec possit plene de obiecto distincte iudicare: ideo lumen stelle fixe videt scĩtillare. variacio eñ sensibilis facit q̃ndam in sensu vibrationẽ. Jn planetis ãt propter solis propinq̃tatem nõ fit ita magnus angulus ⁊ qꝛ prope terrã sunt non ita celeriter mouenꝯ nec visus ita conatur. vñ planete nõ scintillant. ¶ Textus. Cuius quidem regionis. Ponit etheree regionis diuisionẽ numerũ scz ⁊ ordinẽ celestiũ corporũ declarans. vbi ꝑmo celoꝝ numerũ in ꝓfuso tradit dicens q̃ tota illa celestis regionis cõgeries nõ vnicũ sed plura sunt corpora ad iuicẽ distincta que plures sphere vel orbes ꝓprie dicunꝯ. ¶ Scõo ibi. quidã tamẽ. ponit celoꝝ numerũ certũ ⁊ determinatum vbi tangit duas modernoꝝ astrologoꝝ famosas sentencias. Jllam autẽ phoꝝ (que tẽpore Aristotelis vigebat) de octonario celoꝝ numero opinionẽ ꝓminus probabilẽ auctor reliquit. Prima igitꝯ harũ que Ptholemei Thebit et Alphragani aliorũq̃ multoꝝ fuit sentẽcia ponit nouẽ tñ esse celestes spheras. quarũ prima (que oĩm suprema atq̃ aliarũ periferia est: q̃ etiã auctor sphẽrã nonã a luna cõputando noĩauit) primus motus siue primũ mobile a phis dicit. a theologis vero tũ celũ cristalinũ tum aqueũ nõ q̃dẽ a proprietate ⁊ natura sed ab oĩmoda dyaphanitate (eo q̃ nullã habeat stellã) vocitat. vnde Genesis ꝑmo hẽtur q̃ diuisit deus aquas que sunt supra firmamentũ ab aquis que erãt sub firmamento. Et in Daniele dr benedicite aque oẽs que sup celos sunt dño. et item in psalmo aque oẽs que sup celos sunt laudent nomen dñi. que oĩa scõm sacros doctores de hoc celo ad litterã sunt intelligẽda. qõ aquarũ noĩe ĩscriptura significatur. Fuerũt tñ aliqui veras aquas supra celũ esse credẽtes ad motus ⁊ caloris illius refrigerationẽ ne scz propt nimiã talis motus velocitatẽ ignis inde generaret qui ⁊ celũ ⁊ oĩa hec inferiora facile consummeret. ideoq̃ textum scripture sacre de naturalibus ⁊ veris aquis isti intelligebãt. Hoc idem etiam celum quidã id esse dicunt q̃ sũma in serenitate diurno tpe apparentiã azurini coloris facit. Hãc tñ apparentiã alij medie regionis aeris densitati attribuunt. celos aũt pre nimia eoꝝ raritate nobis ĩuisibiles putant. Scõa sphera sub illa descendẽdo est celũ stellatũ siue sphera stellarum fixarũ que in sacris litteris firmamẽtũ nuncupat. dr eñ Geñ ꝑmo fiat firmamẽtũ in medio aquarum ⁊ diuidat aquas ab aquis. et ideo forte firmamentum dicit qꝛ in eo sunt oẽs ille stelle quas fixas diximus. Sunt eñ stellarũ celestiam hee quidẽ fixe aut a planos/id est sine erroꝛe dicte q̃ scz ad seipsas semp eundẽ sitũ ⁊ distanciã seruant ⁊ hee oẽs in firmamento posite sunt. alie vero stelle erratice vel planete id est errãtes dicunꝯ que scz nõ semp adinuicẽ vel ad fixas stellas eodẽ mõ distãt. sed nũc in cõiũctione nunc in oppositione nunc aũt in aliis aspectibus seu distanciis se hñt. Et hee septẽ sole sunt quarũ quelibet vnã ⁊ deteriatã sphẽram celestẽ sibi vendicat. Quidã vero has ideo erraticas volunt dici qꝛ errãt idest deuiant a via solis non eñ mouenꝯ p lineã ecliptica in zodiaco sicut sol. Sed hoc friuole dictũ est q̃nquidem ⁊ sol ipse etiã inter erraticas stellas cõputat qui tñ a via sua nõ deuiat. Sub hac aũt stellifera sphera ponũtur septẽ alie sphere septẽ planetarũ quarũ ꝑma descendendo est sphera saturni. scõa iouis. tercia martis. quarta solis. quinta veneris. sexta mercurij. septima vero lune. que nobis vicinior est ⁊ regionẽ elemẽtarẽ ĩmediate cõtingit. Ordo aũt planetarum habetur per hunc versum. Sim sum sequit vltima luna subest. p primã litteram prime dictiõis

De nona sphera.

De octaua sphera

Differentia stellarũ fixarũ et planetarũ.

De planetarũ spheris

Ordo planetarum.

intelligitur saturnus. per scõam iupiter. per tertiã mars. similiter per tres alias lras sequentis dictionis significant sol venus ⁊ mercurius et post istos sex luna sequitur. Si aũt computationẽ ⁊ ordinẽ harũ nouẽ spherarũ ascendẽdo habere voluerimus hos versus retineamꝰ. Vers⁹ ad memoriã

Luna stat in prio. mercurius q̃ secundo. Ac venus in terno. sol vult lucescere quarto. Mars nitet in quinto. sed iupiter ordine sexto. Saturnus celo septeno sistit alto. Octauo celo tibi stellas esse reuelo. Stat cristallinũ super istos luce serenũ. Et scõm hanc computationẽ phi celum stellatum octauã spherã vocant primũ aũt mobile nonã spherã. Et inter spheras planetarum vt dicit textus quedã sunt maiores ille scz que plus accedunt ad firmamẽtũ ⁊ plus recedũt a nobis. quedã sunt minores ille videlicet que plus recedũt a firmamẽto plusq̃ accedunt ad nos. vñ inter illas septẽ sphera saturni maxima est. sphera vero lune mima. ¶ Alia vero astrologorum modernior ⁊ recentiorum scz Alphonsi regis hyspanie Johannis de ligneris Georgij purbachi Johannis de monte regio pluriũq̃ aliorꝫ sẽtẽtia fert et q̃dẽ satis probabiliter preter has nouem spheras iam dictas et super eas omnes aliam decimã esse sphera mque quidem primum mobile simpliciter est et vnico simplicissimo regulatissimoq̃ motu diurno circũfertur. nona autem sphera proprie scõz mobile dicitur. duplici nãq̃ motu fertur vt postea apparebit. sub hiis autem duabus etiam isti octauam sphera triplicem habentem lationem. septẽq̃ planetarum spheras collocãt ⁊ ordinãt sicut alij. ¶ Preter hos celos naturaliter cognitos sacri theologi celum aliud empyreum id est igneum ponunt non quidem a proprietate et natura sed a resplendore sic dictum q̃ (quia locus beatorũ et quietis est) imobile asserunt. vtrum autem in hec inferiora sicut ceteri celi influat satis dubitant. sed partem affirmatiuam tenentes stabilitatem pmanẽtiam ⁊ fixiorem rerum inferiorum sua quiete influere ipsum dicunt. res enim inferiores propter aliorum nouem celorum citissimos motus continuo defluerent nisi huius empirei celi quiete aliquo modo detinerentur. Econtra autẽ alij influxum huius sphere negantes ipsam dicunt non ptinere ad ordinem mũdi corporalis. Sed huius celi tractatũ (eo q̃ non via naturali sed sola fide et diuina reuelatione cognoscit) merito auctor preterit. solum spherarum celestium que ex motibus sunt cognoscibiles doctrinam tradere curans. ¶ Circa hũc textũ occurunt tres difficultates. prima vtrũ tota regio celestis sit vnũ tm̃ corpus aut necessario oporteat ipsam in plura corpora ponere diuisam ex plurisq̃ corporibus aggregatam. Scõa vtrum sint ponende decẽ sphere celestes luce naturali habite aut solum nouem. hoc est vnde orta est illa opinionũ diuersitas circa nũerũ celorꝫ Tertia vtrũ luna sit in primo celo prope nos mercurius in secundo ascendẽdo. venus in tercio. sol in quarto ⁊ sic de aliis. hoc est q̃omõ hic ordo celorꝫ cognitus est. ¶ Ad pmã q̃stionẽ dicit cõformit ad oẽs phos ⁊ astrologos regionẽ ethereã nõ vnicũ sed plura esse corpora a se inuicem diuisa et sibi contigua. Pro cuius conclusionis euidentia supponit primo q̃ idẽ mobile non potest simul ferri motibus contrariis. dũ eñ aliquis ascẽdit non põt simul descẽdere quia contradictionẽ implicat. similiter dũ aliquid mouet ad orientẽ nõ potest sup eisdẽ polis simul moueri ad occidentẽ. Licet eñ motui circulari proprie nullus motus sit contrarius vt dicit in scõo de celo bene tm̃ est aliquis motus circularis alteri circulari incõpossibilis. Supponit scõo celos esse sibi imediate cõtiguos ita q̃ nichil vacui nichilq̃ aeris aut alterius corporis elemẽtaris mediat inter celum ⁊ celum. loca eñ elementorꝫ determiãta sunt sub celo. vacuũ etiam per naturam est impossibile. Supponit tercio q̃ stelle nõ mouent per se in celo nisi in q̃tum trahuntur a celo cuius partes sunt vt probatur in secundo celi. si enim aliqua earum moueretur cum ibi nichil sit vacui aut aeris cedentis mobili oporteret q̃ continuo rumperet celum quod est impossibile per naturam. Hiis suppositis probatur conclusio primo sic. in celestibus astris apparent multi motus vni et eidem corpori incompossibiles ergo necesse est dicere q̃ non omnia astra sunt in eodem celo neq̃ ad motum vnius celi omnia mouentur. ꝓna est manifesta per primam et tertiam suppositiones. et probatur antecedens videmus nãq̃ sepius duas aut tres stellas erraticas (quas planetas dicimus) iuxta vnam stellam fixam coniunctas post coniunctionem autem cum separantur vna earum mouetur ad orientem altera autẽ versus occidentem stella fixa in medio remanente. item vna declinat ad septentrionem altera ad austrum hij autem motus sũt eidem corpori ĩpossibiles ex pma suppositiõe.

De nũero celorum secũdũ moderniores

De celo empireo sive igneo, quod

Tres notabiles q̃stiones

Ad primam q̃stionẽ pcl'o

Prima supõ.

Scõa supõ.

Tertia supõ.

Prima ratio. ad pclusionẽ.

Scōa ratio. Secūdo sic vnius simplicis corporis naturalis est tantum vnus motus naturalis. si autem aliquod corpus pluribus q̃ vno motibus feratur: necesse est dare aliud corpus cui alter illorum motuū sit naturalis et propius et a quo primū corpus illo motu trahatur vt ditur in primo de celo. videmus autem lunam solem plezasq; alias stellas plures habere motus. preter eā diurnum motū aliū habent sensui manifestum vt postea dicetur ergo preter celum in quo figitur luna est dandū aliud celū mobile cui alter illorum motuum sit ꝓprius ⁊ a quo celū lune trahat illo motu. siliter erit dādū aliud celū pt celū solis et sic de aliis. tenet ꝓna ex vltia suppōe

Tertia rō. Tercio arguitur ratione Aristotelis in secūdo de celo ⁊ in secundo de generatione sic rerum generationes ⁊ corruptiones sūt ergo plures motus et plures celi sunt. antecedens pz quia cum omnia appetāt esse quod est diuinitate quodā modo participare vt diciur in secūdo de anima: idem autem numero non potest in rebus inferioribus semper esse: reliquo modo supplevit deus cōtinuā faciens generationem et corruptionem. oportet ergo ad rerū conservationem saltem in specie esse cōtinuas has transmutationes. consequentia ꝓbatur quia vnica et vniformi existente celesti latione (q̃lis est motus diurn⁹) non ꝓuenirent ab ea effectus ita differantes scz generatio et corruptio. Idem enim in q̃tum idem semp natum est facere idez oportet ergo dari plures celorū lationes. pimā scz vniformē que rerū ꝓmaētiam et durationem causet. Aliam vero aut alias diuersimode se habentes que alternationes generationū et corruptionū efficere possint ⁊ per ꝓns oz dari diuersa mobilia corpora celestia ¶ Ad scōaz questionē dr q̃ satis ꝓbabiliter teneri pōt decē esse celestes mobiles spheras ⁊ naturali rōe inuestigabiles. Hec ꝓclusio ꝓbat sic pluralitas corpoꝝ celestiū ex plitate motuū eidē corpori incōpossibiliū inuēta ⁊ cognita est. tot ergo oz dari celestes spheras quot apparent in astris motus tales eidē corpori incōpossibiles. Sed reperiuntur decem tales distincti motus ergo decem oportet dari distinctas celestes spheras. pz maior cū suo ātecedēte ex p̃missis. minor probat qriam noti sunt septē planete id est erratice stelle septē motus diuersos habētes eo q̃ quelz due illarum cum ad coniunctionē alicuius stelle fixe venerint videntur diuersos motus habere. ⁊ sic oportet esse pro illis singulos celos vnde habemus septem celos aut spheras planetarum. Preter has autem erraticas videmus totam illam inumeram stellarum fixarum multitudinem eodem penitus modo circūuolutam. nec eā vna earum citius aut tardius q̃ alia motum suū perficit proporcionabilit loquēdo de hiis que in parvo et de hiis que in magno circulo situantur. neqz vna alteri propinquior aut remotior vno tempore q̃ alio reperitur. ⁊ sic pro omnibus illis stellis oportet dari vnū aliud celum quod erit octauū. Et hic numeris celoꝝ dūtaxat tpe Aristotelis cognitus erat. putabat eā tunc celū stellatū esse primū mobile ⁊ suprēmū celū. Sed Ptholemeus ⁊ ceteri astrologi qui post eū sequti sunt probauerunt stellas fixas non solum motu diurno sed etiam ab occidēte p meridiē in orientē moueri vt postea fiet manifestū. ideo dixerūt necessario oportere dari vnū aliud celum cui alter illorum motuū octaue sphere esset propius ⁊ naturalis et a quo octaua sphera secūdū illum motum traheretur et hoc vocauerunt nonū celum siue primū mobile q̃ motu diurno vnico ⁊ regularissimo mouetur. Moderniores vero astrologi (qui nos fere per trecentos annos precesserunt) viderūt stellas fixas siue octauam spheram triplicem motum habere vt infra paulo euadet manifestum ex quo sequitur q̃ oportet dari duas alias spheras preter octauā quibus duo illorum motuū sint proprij et ⁊ a quibus octaua sphera secundum illos motus rapiatur. et illarum suprēmam et decimam vocant primū mobile. nonā aūt que duplici motu reuoluitur scōm mobile dicūt. sic ergo pz illa minor propositio vera scz q̃ decem sunt motus in celestibus sibi inuicem incōpossibiles septem videlicet in planetis et tres in stellis fixis ergo decem ponēde sunt sphere celestes ex motibus naturaliter cognoscibiles. ¶ Ad terciā questionē de celoꝝ ⁊ stellarū ordine dr q̃ est in textu cōueniēter assignat⁹. Cognitus eā est per stellarū eclipses seu occultatōes adiuicē. manifestū eā est q̃ illa stella que ad alteri⁹ cōiūctionē veniens illā nobis occultat nobis propinquior est occultata vero remotior. qz igit luna cuicūqz stelle aduenerit illam nobis occultat planū est ipsam lunam ceteris stellis nobis esse proximiorem ideo ponitur in primo celo inferiore circa nos. Similiter quia mercurius oēs stellas eclipsat preter lunam sub omnibus stellis est preter q̃ sub luna ⁊ sic est in secundo celo

Ad scōaz de celoꝝ nūero

De inuētiōe octaue spe

De inuētiōe none sphere

De inuētiōe decime.

Ad tciaz de celoꝝ ordie

De septem planetis.

Capitulum primũ.

ascendendo. Eodem mõ dicit q̃ venus est in tertio celo qz oẽs stellas preter mercuriũ ⁊ lunam obumbrat. Hac eadẽ rõne probat martẽ esse in quinto celo. iouẽ in sexto. saturnũ in septimo. qz sc̃z tales vel tales stellas et non alias occultare possunt. De sole tamen nõ est aliqua experiẽtia q̃ eclipset vel elipset ab aliqua stella preter q̃ a luna eo q̃ in eius presencia nulla stella videtur. ideo tpe Aristotelis putabat sol esse in scdo celo imediate supra lunã vt ipe videtur sentire in ꝑmo metheoroꝝ. Sed Ptholemeus ⁊ oẽs astrologi pariter ⁊ phisici tenẽt solẽ esse in quarto celo ascendendo sc̃z supra tres et sub tribus planetarũ in medio eoꝝ oim sicut rex in medio sui regni. Et hoc probat qz cum sol sit principium et fons luminis ⁊ caloris vitalis a quo ⁊ cetera astra lumen recipiunt ⁊ animantia vitam habent: si ergo sol esset in secundo celo proximus terre nimis eam calefaceret desiccaretq̃ ⁊ consumeret cito vitam animantium (ethyopes enim breuis periodi et vite sunt ꝓpter vicinitatem torride zone in qua sol semper rotatur) et astra superiora non ita bene illuminaret. Si autem econtra sol in sexto aut in septimo celo esset astra inferiora debiliter lumen reciperent et vita viuẽtium calore deserẽtur ⁊ cito deficeret. vt in regionibus valde septẽtrionalibus hoim breuem periodum propter eandem causam esse videmus. decuit igitur diuinam prouidentiam que disponit oia suauiter solem mediocriter a superioribus ⁊ inferioribus distantem sc̃z in quarto celo collocare. Aliam huius veritatis rõnem ⁊ quidem efficaciorem ponit Ptholemeus in almagesti vbi ex dyametro visuali solis et ex basis magnitudine arguit longitudinem radij ⁊ distantie. sed quia hec ratio valde difficilis est propter multa que ex geometria et perspectiua supponit ideo ab introductorio tractatu reliquẽda est. Celum autem stellatũ esse octauũ pari rõne sicut in planetis concluditur. nulla eñ stellarum fixarum aliquem planetam vnq̃ occultauit neq̃ vna earum alteram ergo omnes ille sunt in vno celo et super omnes planetas. De nona autem et decima sphera (eo q̃ stellis careant) nulla talis experiẽtia habetur. eas tamen esse super octauam spheram ratione conuicitur. si enim octaua sphera secũdum aliquos motus ab illis trahitur ⁊ rapitur oportet eas super octauam eẽ tãq̃ priora mobilia. et nonã sub decima quia ab illa motu diurno etiam trahitur. Decima vero primũ mobile a nulla alia rapitur aut trahitur sed vnico et regularissimo giratur motu omnes aũt alias secum rapit spheras. merito igitur oibus aliis supereminet. ¶ Textus. Istarum autem. Proponit tercio qualis sit celorum figura dicens omnes celestes spheras orbiculares et rotundas esse quarum vna alteram intra se concludit eamq̃ circũdat. Sed quia de celorum rotunditate postea futurus est sermo ad sequentia transeamus. solum enim illa que auctor dubia relinquit exponere intendimus. ¶ Textus. Quarum quidem. Proponit quarto qui et quot celoꝝ sunt motus et primo ponit duplicem celoꝝ motũ. scdo compat vtrũq̃. ibi: sed primus: dicit ergo ꝑmo q̃ in celestibus duplex motus reperitur vnus est motus primi mobilis (q̃ vltimũ celũ vocat ꝓpter quod a luna) ⁊ fit ab oriente per meridiẽ in occidentẽ a quo per angulũ medie noctis reuocatur se in orientem. et hic motus fit super duobus polis mundi sc̃z arctico ⁊ antarctico ⁊ p circulũ equinoctialem qui diuidit primũ mobile per medium eque distanter a duobus polis huiꝰ motus et propter hoc dicitur primũ motum per medium diuidere. de nominibꝰ autem et officio equinoctialis et polorum infra scdo capitulo dicetur. Alius motus est nouem inferiorũ sphararum oppositus primo qz ab opposita pte incipit sc̃z ab occidente tendẽs p meridiẽ in orientem ⁊ iterũ rediens in occidentẽ qui motus fit sup aliis polis distãtibus a ꝑmis p viginti tres gradus ⁊ triginta tria minuta scdm Almeonẽ: vel q̃nquaginta vnũ minuta scdz Ptholemeũ. ergo p ares intelligit polos accipit eñ terminatũ pro termino. Iste motus scdus eriã fit p aliũ circulum qui diuidit scdm mobile sc̃z nonã spherã per mediũ equidistanter a polis huius scdi motus et hic circulus dicit zodiacus de cuius noibus descriptione et officio in capitulo scdo determinabitur. ¶ Notandũ q̃ vt habetur in primo de celo motui circulari nullus alius motus est contrarius ideo cum textus dicit huic oppositus oz intelligere id est ab hoc diuersus. et quod dicitur per obliquũ pot exponi dupliciter vno modo id est per zodiacum qui est circulus obliquus vt dicitur in secundo de generatione. sicut enim equinoctialis est via per quam fit motus primi mobilis ita etiam zodiacus est via per quam fit motus inferiorum sphararũ vt infra dicetur. Aliomodo potest intelligi q̃ secundus motus est oppositus primo per obli-

De tribus superioribus spheris

Quomõ ẽ accipiendũ motũ scdm eẽ cõtrariũ primo.

celi mercurij. Sed circa hoc aduertēdū est q̃ triplex pōt esse vmbra alicui⁹ corporis scz pyramidalis colūpnaris ⁊ obtusa. qñ eñ corpus luīosuz est maius corpore opaco illuīat plus q̃ ei⁹ medietatem cōtra se positā ⁊ fit vmbra pyramidalis cōtinue minorata ⁊ tendēs ad acutiem. quādo autē corpus luminosum est equale corpori opaco illuminat precise eius medietatem ⁊ fit vmbra columpnaris eque latitudinis in principio medio ⁊ fine. sed qñ corpus luminosum est minus corpore opaco tunc illuminat minus medietate eius ⁊ fit vmbra obtusa que scz continue dilatatur. Dictū est aūt supra q̃ sol est maior terra centies sexagesies sexies vmbra igit terre pyramidalis rotūda erit ⁊ cōtinue minorabitur donec tandē deficiet. ¶ Text⁹. Unde cum. Assignat causas eclipsis lune et p̄mo dat modū ⁊ diffinitionē eclipsis. scō ei⁹ diuisionē ibi. est aūt duplex. tertio infert vnū correlariū ibi. vñ cū. luna igit sic eclipsat si eñ tpe pleni lunij quando scz sol ⁊ luna sunt in oppositōe: luna reperiatur in capite vel in cauda draconis hoc est in superficie ecliptice ⁊ in nadir solis. tunc terra dyametraliter interponet soli ⁊ lune ita q̃ eadē dyameter sphere tāgeret tria centra solis terre ⁊ lune. et tūc vmbra terre cadet super corp⁹ lune ⁊ (cum luna ex se nullū lumen habeat nisi inquantū illuminatur a sole quia vt Aristoteles dicit ⁊ experientia pz luna nūq̃ lucet nisi versus solem) tunc perdet lumen suū ⁊ patietur eclipsiz. eclipsis eñ grece defectus est latine. ¶ Notādū q̃ in oī mēse luna est semel in coniūctione ⁊ semel in oppositione cū sole scōm longitudinē zodiaci cōputando: nō tamen quolibet mēse sunt sol ⁊ luna in coniūctione aut oppositione scōm latitudinē. qz licet sol semper sit sub linea ecliptica luna tñ nō in oī cōiūctione vel oppositione est sub ecliptica sed sepi⁹ deuiat ad latera zodiaci ⁊ tunc vmbra terre non tangit lunā propter eius latitudinem. due igitur cause concurrūt ad eclipsim lune que in textu tangūtur prima est q̃ luna sit in aspectu oppositionis ad solem. secūda est q̃ tunc sit luna directe sub ecliptica aut valde prope quod non fit nisi ipsa existente in capite vel in cauda draconis aut prope ¶ Textus. Et est duplex. Ponit diuisionem eclipsis lune. est eñ duplex vna totalis alia partialis. totalis eclipsis lune est quando totum corpus eius obscuratur ⁊ luce priuatur ⁊ tūc luna est fere precise in capite vel in cauda draconis sub ecliptica ⁊ dyametraliter opposita soli. eclipsis lune partialis est quando non totum corpus lune sed pars eius eclipsatur et hoc contingit quando tempore oppositionis luna non est precise in capite vel in cauda draconis sub ecliptica sed prope tamen infra metas aut terminos eclipsis qui sunt duodecim gradus ante ⁊ post caput vel caudam draconis secundum longitudinem. ¶ Notandum q̃ siue magna siue parua corporis lune pars siue etiam totum corpus eclipsetur est eclipsis generalis in omni terra quia vndecūq̃ luna tūc aspiciatur videbitur sub vmbra terre ⁊ carere luīe solis. ideo incōuenienter dicebatur in textu auctoris q̃ aliquādo est eclipsis lune generalis aliquādo particularis. sed potius sicut adiecimus dicendum erat totalis ⁊ partialis. ⁊ hoc idem visus est corrigere auctor infra cum ponit differētiam eclipsis lune ad eclipsim solis. ¶ Textus. Unde cum. Infert correlariū cuiusdā tacite dubitationis solutiuū. dubitaret eñ aliquis si eclipsis lune fit in oppositiōe luminariū cū in quolibet mēse sit oppositio talis quare nō in quolibet mēse est eclipsis lune. Respondet q̃ licet in oī mēse luna sit soli opposita nō tñ in omī oppositione luna est in capite vel in cauda draconis qd requirit ad eclipsiz. vnde nō in quolibet mēse accidit eclipsis lune sed solum qñ predicte due cause concurrūt. duabus eñ existētibus causis partialibus alicuius effectus si vna deficiat altera se sola nō ꝓducet effectum: vnde dubitatio predicta est similis isti quare si duo hoīes trahunt lapidem vnus eoz solus cum vult nō trahit ipm. ¶ Text⁹. Cū aūt fuerit Assignat causas eclipsis solis ⁊ p̄mo dat modū seu descriptionē eclipsis. scō diuisionē ibi. ē etiā. tertio infert correlariū ibi. ex hiis patet. Eclipsis solis hoc mō cōtingit. qñ eñ fuerit luna in cōiūctione cum sole si tūc reperiat in capite vel in cauda draconis sub ecliptica aut ꝓpe scz infra terminos eclipsis tunc luna interponetur soli ⁊ nobis. et cum luna sit corpus densū aut opacum proiciet vmbram versus nos ⁊ obumbrabit nobis claritatem solis ⁊ ita sol eclipsabitur. non quidem qz deficiat lumine sicut nomen eclipsis sonat sed qz nobis deficit ei⁹ claritas propter lune interpositionem. Due igitur cause partiales concurrunt ad eclipsim solis sicut ad eclipsim lune quarū vna deficiēte impossibile est secūdum naturam solem eclipsari prima est coniunctio solis et lune in eodem loco zodiaci. secunda est situs lune sub ecliptica in

Triplices sūt vmbre.

Due cause cōcurrunt ad eclipsiz lune

Termini eclipsis.

capite scz vel in cauda draconis aut ppe. vñ in eclipsi sol ⁊ luna taliter se habēt q̃ in eadē dy ametro zodiaci cōtinetur cētrū vtriusq̃. ¶ Notādū q̃ cū luna sit corp⁹ dēsum ⁊ opacū in presentia solis vmbrā proiicit. ⁊ qr ipsa est minor sole ideo semp ad minus medietas eius illuminatur a sole. vmbra aūt lune ex alia parte velut piramis rotunda efficitur continue tendens ad acutiem sic igitur luna soli ⁊ nobis interposita vmbram suaz ad nos proiicit ⁊ claritatem solis nobis obumbrat. ¶ Textus. Est etiā. Ponit diuisionē eclipsis solis ⁊ primo facit hoc. scōo subdiuidit vnū membrū diuisionis ibi. ⁊ partialis. diuisio hec est q̃ duplex est eclipsis solis scz totalis ⁊ partialis sicut etiā de eclipsi lune dictum est. eclipsis solis totalis est quando totum corpus solare nobis obumbratur. et hoc cōtingit quando luna in coniūctione solis fuerit in capite vel in cauda draconis precise sub ecliptica. Partialis vero eclipsis est quādo solum aliqua pars solis nobis obumbratur ⁊ hoc cōtingit quādo tēpore coniūctionis luna aliq̃ tulum distat a capite vel cauda draconis tamē infra terminos eclipsis supra dictos. ¶ Text⁹ Et partialis. Ponit subdiuisionē secūdi mēbri cui⁹ etiam ptes declarat. Eclipsis ergo solis partialis duplex est quedā septētrionalis alia vero meridionalis. Septētrionalis eclipsis est quādo ps solis que est versus polum septentrionalē eclipsatur. ⁊ hec apparet maior in regionibus septētrionalibus q̃ in australibus ⁊ tāto maior apparet quāto regio fuerit septentrionalior tātoq̃ minor q̃to australior. Meridionalis eclipsis est quādo ps solis que est versus polum meridianū eclipsatur ⁊ hec maior apparet in regionibus australibus q̃ in septētrionalibus et tāto maior q̃to regio fuerit australior tātoq̃ minor q̃to septētrionalior. Similis etiaz diuisio dari potuisset de eclipsi partiali lune verūtamē illa nō maior in vna q̃ in alia regione apparet siue septētrionalis fuerit siue meridionalis cuius cām supra tetigimus. ¶ Notādū q̃ regio aliqua in proposito non dicit australis ex eo q̃ sit inter equinoctialem ⁊ polum australem. sed ad sensum Ptholemei in p̄ma pte quadripartiti vbi oēs regiones inter equinoctialē et mediū quarti climatis vocat australes. ceteras vero ab illo loco vsq̃ ad finē habitationis versus polum arcticū vocat septētrionales. ¶ Text⁹. Ex hiis pz. Infert correlariū etiā dubitatōis solutiuū quare scz cū in oī mense sit luminariū cōiūctio nō quolibet mēse est eclipsis solis. ⁊ respōdet vt prius q̃ cū due cause partiales req̃rant ad eclipsiz solis qualibet earū deficiēte nō fit eclipsis naturaliter nūc aūt in plurib⁹ coniūctionibus luna nō est in capite vel in cauda draconis sub ecliptica sed raro ⁊ ideo raro accidūt eclipses solis. ¶ Text⁹. Notanduz aūt. Comparat eclipsim solis ad eclipsim lune penes duas dras prima est q̃ eclipsis lune siue totalis siue partialis fuerit est generalis in oī terra qr oibus simul luna apparet eclipsata. si eiñ aliquod corpus vel in toto vel in parte obscurum aut denigratū fuerit vndecūq̃ aspiciat semper tale videbitur. Sed eclipsis solis non sic est generalis nec omnib⁹ simul apparet sed dum hii solem eclipsatum percipiunt: illi luce solis fruūtur. quia sol in eclipsi vt dictū est non perdit lucem suam sed obumbratur claritas eius ex interpositione lune. potest autē quibusdam obumbrari alitis autē nō. quod contingit tum quia cum luna sit minor terra vmbra eius non potest totam terram cooperire. tum propter diuersitatē aspectuū in diuersis regionib⁹. Hec autē variatio dupliciter attēdi potest primo in regionibus eiusdē climatis quia licet q̃n eclipsatur sol in vna pte alicuius climatis in oibus aliis etiā eclipsetur nō tamē simul sicut si occidētalib⁹ sol hora meridiana eclipsatus apparet: orientalibus vero nō tūc sed post aliquot horas eclipsabitur. aliomodo ⁊ forte magis ad intentionem textus quantum ad regiones diuersorum climatum quando eiñ eclipsis solis est partialis potest esse tam parua q̃ in vno climate apparebit ⁊ in alio non. et licet in vtroq̃ illorum climatum appareat nō tamen equalis sed maior in vno climate q̃ in alio vt dictum est. Secunda differentia est quia eclipsis solis incipit a parte occidentali corporis eius eo q̃ luna per proprium motum quo solem superat ad coniunctionem eius venit ab occidente. sed eclipsis lune primo incipit a parte orientali corporis eius eo q̃ ipsa proprio motu ab occidente veniens intrat vmbram terre q̃ primo tangit in parte sui corporis orientali veruntamen prius partem vmbre occidentalem ingredit ¶ Deiñ ibi. Virgilius aūt. cōfirmat ea q̃ dicta sunt de eclipsib⁹ luiariū auctoritate Virgilij in georgicis qui vnico vsu vtrāq̃ eclipsiz velut breui capto ꝓphēditcū inq̃t. defect⁹ lune varios solisq̃ labores. vbi eclipsiz lune vocat defectum qr luna in rei veritate deficit lumīe cum

Que habitatiōes sunt australes et que septētriōales

eclipsatur. id eñ q̃ greci eclipsim dicũt nos defectum nominam⁹. Sed eclipsim solis vocant laborez eo q̃ tunc sol laborare aut egrotare videatur quasi eñ impotens factus radios suos ad nos non mittit. ¶ Sed circa predicta cõueniens videt cãm cremẽti ⁊ decrementi lune inquirere. vbi aduertendũ q̃ cum luna lumen nõ habeat ex se nisi qõ recipit a sole ratio cremẽti ⁊ decrementi lune ex diuersa eius a sole illuminatione accipitur. nõ eñ crescit aut decrescit corpus lune sed lux eius. cum autẽ sol sit multo maior luna semper medietatem eius ⁊ eo amplius illuminat excepto tempore eclipsis lune. non tamen semper eadem lune medietas illuminatur sed lumẽ ab vna medietate in aliam permutatur. quãdo eñ est luna soli cõiuncta superior eius medietas que est versus astra illuminata est inferior vero medietas versus terrã obscura est ⁊ vmbram proiicit et tũc dicitur luna neomenia. Deinde vero cum luna motu suo velocior a sole incipit recedere: incipit etiam lux a superiore medietate lune ad inferiorẽ permutari ⁊ incipit tunc nobis aliqua lux apparere in nostra medietate quia videtur luna bicornis ⁊ dicitur monoides aut luna noua vsq̃ ad̃ septimũ diem quando est quart⁹ aspectus lune ad solem et finitur prima quarta mensis lunaris. et tunc qz luna magis distat a sole maior pe nostre medietatis scz medietas circuli eius illuminata est et tũc dicitur dicotomos. Trãseũte vero luna vlterius post quartũ aspectũ ante tamẽ oppositionẽ maior adhuc pars nostre medietatis illuminatur cõtinue ⁊ tunc dicitur luna amphitrios. Quãdo autẽ luna iam est in oppositione solis tota inferior medietas illuminata est ⁊ tota superior obscura et vmbram iacit versus astra ⁊ tunc dicitur luna panselinos ⁊ ibi finita est medietas mẽsis lunaris. In alia vo medietate lumen cõtinue permutatur a pte inferiore lune ad ptem superiorẽ ⁊ eisdẽ noĩbus luna nominatur sicut in prima medietate ordine tamẽ conuerso.

Quare luna crescit et decrescit.

¶ Reuerendissimi domini Petri de aliaco cardinalis et episcopi cameracensis doctorisq̃ celebratissimi questio secunda.

Queritur secũdo vtrũ possibile sit solem ⁊ lunã eclipsari. Et arguit primo q̃ nõ: ⁊ primo de luna quia si luna posset eclipsari hoc esset per defectũ luminis sed hoc nõ igit. ꝓña est nota maior etiã probatur minor dupliciter. Primo qz luna nunq̃ deficit a lumine g̃ non eclipsatur per defectũ luminis ꝓña tenet. añs pz per Ptholemeũ in secũdo quadripartiti vbi docet ex colorib̃ lune tẽpore eclipsis prenosticare de effectib̃ cõsequẽtib⁹ ex eclipsib⁹ mõ color lune nõ est sine lumine g̃ nũq̃ deficit a lumine. Secundo ꝓbat minor qz si luna eclipsaretur ex defectu luminis sequeret q̃ luna semp esset eclipsata ꝓñs est falsum. ⁊ pz ꝓña qz semper vna pars ipsius lune caret lumine scz illa pars que nõ est obiecta soli quare sequitur q̃ luna semp eclipsaret quãtum ad aliquã eius ptem. ¶ Secũdo sic qz si luna possit eclipsari hoc esset ꝓpter interpositionẽ terre inter solem ⁊ lunã sed hoc nõ g̃. ꝓña est nota maior pz per auctorẽ in textu ꝓbatur minor qz si ꝓpter interpositionẽ terre inter solẽ ⁊ lunã luna eclipsaretur tũc ꝓpter interpositionẽ veneris inter solẽ ⁊ lunã luna eclipsaret ꝓñs est falsum ⁊ cõtra oĩs astrologos qz̃ nõ est visum. et pz ꝓña qz venus est maior q̃ sit terra g̃ sequit q̃ eius vmbra melius põt obumbrare lunã q̃ vmbra terre. Et confirmatur qz si sic sequeret q̃ luna exñte equali ⁊ sole exñte in eodẽ loco oĩs eclipses deberẽt esse equales. ꝓña tenet qz vmbra terre esset equalis ⁊ sic eclipsis equalis sed ꝓñs est falsum. ĩmo illis obseruatis visum est vnã eclipsiz diuti⁹ durasse q̃ aliã. ¶ Tertio sic qz si sic sequeret q̃ terra esset maior sole ꝓñs est contra Ptholemeũ tercia dictõe almagesti, sed pz ꝓña qz si terra esset minor q̃ sol per aduersarium tũc eius vmbra vadit ꝓtinue diminuẽdo vt pz p perspectiuos mõ luna est maior q̃ sit terra g̃ vmbra terre nõ põt eclipsare lunam vel oportet q̃ sol sit minor terra. sed q̃ luna sit maior q̃ terra pz qz luna maior est q̃ aliqua stella fixa vt pz ad sensum mõ quelz stella fixa maior est q̃ sit terra vt pz per Alphraganũ quare sequit q̃ luna est maior q̃ terra. ¶ Quarto sic qz si sic sequeret q̃ etiã vmbra terre põt eclipsare mercuriũ ꝓñs est falsum qz nõ est reptum apud astrologos q̃ mercurius eclipsetur. ⁊ pz ꝓsequentia qz vmbra terre ꝓtenditur vsq̃ ad spheram mercurij vt ponit Campanus in sua theorica. ¶ Quinto sic qz si sic maxime esset in oppositione, ꝓsequentia tenet per auctorem. Sed ꝓsequens est falsum quod patet quia si solum esset eclipsis in oppositione tunc sequitur q̃ nunq̃ possemus videre lunam eclipsari sole existente supra horizontem consequẽtia tenet quia in oppositione si sol sit supra horizontem

luna est sub ⁊ ecōtra sed ꝓñs est falsum imo alias sol videbatur supra horizontē ⁊ luna eclipsata vt recitat Plinius in libro de mirabilibus mūdi. Deinde arguit de sole qz sol nō pōt priuari luce igit ꝓña tz qz eclipsis dicit priuatio luis/añs pz qz sol habet lumē ex se nec pōt ab aliquo ipediri. Scdo si sic qz sic hoc esset ꝓpter lunā interpositā inter solē ⁊ terrā et ꝓhibētem lumē solis mō luna cū sit minor sole nō pōt ꝓhibere eius lumē. eciā si luna eclipsaret solē essz fortior sole. ¶ In oppositū arguit p auctorē in lra ⁊ p Ptholemeū in sexta dictiōe almagesti et p oēs astrologos. In q̄stione erūt duo articuli primꝰ erit de eclipsi lūe. scdꝰ de eclipsi solis

Primus articulus

¶ Quantū ad primū supponēda sunt aliqua primo supponit q luna nō hz ex se illud intensū lumē p qd ita notabiliter ⁊ sensibiliter illuiat ista inferiora/imo hz illud lumen a sole ⁊ ipm reflectit versus trā sicut reflectereť a speculo polito. suppō pz scdo celi/pz etiā p Ptholemeuz quarta dictiōe minoris almagesti in quadā suppōne qua ꝓponit lunā habere suū lumē a sole

Primaſuppō

Scda suppō.

¶ Scdo supponit q vmbrosuz sphericum minꝰ luminoso cui obicit cāt in pte opposita luioso vmbrā conalē ad modū piramidis rotūde cuius conus est in pte opposita luminoso ⁊ basis est circulus minor in vmbroso pz per pspectiuos. Sz vmbrosum equale luioso causaret vmbraz colūnparē ad modū colūpne rotūde. sz vmbrosū maius luioso cāret vmbrā ad modū piramidis euerse rotūde. ¶ Tercio supponit q sol est maior q̄ sit terra. suppō pz p Ptholemeum tercia dictōe almagesti vbi proponit q sol est maior terra cēties sexagesies sexies ⁊ amplius Ex hac suppōe sequit corrlarie ⁊ pcedenti etiā q terra cū sit obiecta soli cāt in opposita pte eius vmbrā conalē ad modū piramidis rotūde. ⁊ illiꝰ piramidis conus ꝓtendit p magnā distanciā vltra ꝓcauū orbis lune vt demōstrat Ptholemeꝰ in q̄nta dictōe almagesti ⁊ Cāpanus in sua theorica. ¶ Quarto supponēdū est q corpꝰ planete politū ⁊ sufficiēter dēsuz obiectū luioso eiꝰ lumē incorpat ⁊ reflectit pz suppō p experientiā de speculo. Ex quo sequit q luna cū sit valde polita ⁊ sufficiēter dēsa (qz dēsior ps sui orbis vt dicit ꝓmētator) ipa fortiter incorporat lumē solis ⁊ reflectit versus terrā. et est illud lumē primariū lūe ꝓpter cuiꝰ defectū dr luna eclipsari ⁊ nō solū intelligit de luce scdario. qz luna nūq̄ deficit ab eo sed de luce pmario et recto. ⁊ intelligēdo de ipa luna quātū ad ptes eiꝰ directe oppositas ipi soli. ¶ Quinto supponēdū est q luna mouet in suo orbe eccētrico q̄ orbis eccētricꝰ deuiat ab ecliptica intersecādo lineā ecliptica in duobꝰ pūctis et illaꝝ duaꝝ intersecationū vna vocat cauda draconis et alia caput draconis. et inde est q luna deuiat ab ecliptica sz eccētricꝰ deferēs solē nūq̄ deuiat ab ecliptica et inde est q sol semp est sub ecliptica. Ex suppōe sequūtur corrlaria/pmū est q sole exñte in cauda draconis ⁊ luna in capite vel ecōtra tūc sol ⁊ luna diametraliter opponūt. Pz corrlariū qz illo tūc sol ⁊ luna sunt ābo sub ecliptica ⁊ in pūctis oppositis mō q̄cūq̄ duo pūcta opposita ecliptice diametralit opponūtur cū eiꝰ cētrū sit cētrū mūdi/ Scdo seqt q nūq̄ sol ⁊ luna opponūtur diametraliter nisi vno exñte in cauda draconis ⁊ alio in capite. pz qz sol semp est sub ecliptica luna aūt nō semp vt pz p quintā suppōem nisi quādo est in capite vl in cauda draconis. solum g̃ tunc opponūtur diametraliter solet luna tēpore oppositionis ipa existente in cauda draconis ⁊ sole in capite vel ecōtra. ⁊ sic sequit q luna ⁊ sol nūq̄ diametraliter opponūtur nisi in illo casu. ꝓña tenet quia nichil opponitur soli diametraliter nisi sit sub ecliptica. ¶ Ex istis suppositionibꝰ infertur respōsio ad quesitū pro isto articulo q luna pōt eclipsari pz quia possibile est vmbrā terre de directo peruenire ad corpus lune g̃ ꝓclusio vera ꝓsequēcia est nota añs pz quia vmbra terre de directo multiplicat ⁊ ꝓtenditur ad oppositū solis vltra orbē lune. modo possibile est corpus lune q̄nq̄ esse diametraliter oppositū ipsi soli ergo illo tunc vmbra terre obumbrabit lunā. Ex ista ꝓclusione sequit q solum in oppositiōe potest esse eclipsis lune pz qz solum in oppositione sol ⁊ luna diametraliter opponūtur. Secundo sequitur q nō in qualibet oppositione debet esse eclipsis lune pz quia non in qualibet oppositione sol est in cauda draconis ⁊ luna in capite vel ecōtra. imo illud cōtingit vt in pauciorib̄us. Tercio sequit q stat bene q mediū tp̄s eclipsis nō sit in vera oppositione/pz qz bñ stat q oppositio sit modicum ante introitū lune in cauda ⁊ solis in capite vel ecōtra ⁊ tūc medium eclipsis statiz post oppositionē esset. Et hec de articulo primo. ¶ Quantū ad scdm adueretendum est q q̄uis quelz eclipsis tā solis q̄ lune sit defectꝰ luminis: in aliquo tñ differentia est inter eclipsiz solis ⁊ lune. qz eclipsis lune est defectꝰ luis solis in ipa luna ꝓpt vmbram

Primū corrlarium

Scdm corrlarium

Conclusio responsalis

Primū corrlarium

Secundū.

Tertium

Secundus articulus

terre. Videm

sibi ipsis tamē concentrice sunt ⁊ sic orbē vniformē ꝓtinēt. In hor aūt orbe medio corp⁹ sola re qō sphericū est imersum et infixū manet: taliter ꝙ corp⁹ solis adequat corpulentiā et crassitudinē eius ex neutra videlz superficie huius orbis excedens ⁊ versus nullā partem orbis supereminens. habet eñ se sol in hoc orbe sicut nodus in aliquo ligno quia sicut phūs dicit in ꝓmo metheoron stella est pars densior sui orbis. Et orbis iste medius eccētricus solis vel deferens solē appellatur: qr ad motū eius sol sibi infixus mouet ⁊ deferet. ¶ Tex. Similit. Scēa pticula de orbibus aliaꝝ quatuor sphera ꝝ scz triū supiorꝝ planetaꝝ saturni/iouis et martis ⁊ etiam veneris qui ē vn⁹ de inferioribus planetis. ⁊ dispositio cuiuslz sphere horum planetaꝝ hec est. hz eñ tres orbes eodē modo ordinatos/figuratos/⁊ noiatos sicut sphera solis. sed tñ vltra hoc in orbe medio qui eccētric⁹ vel deferēs planete dr quelz haꝝ sphera ꝝ habet epiciclū q̄ ē vna pua sphera orbi eccentrico imersa sicut de corpore solis dictum est. in hoc aūt epiciclo corpus planete fixū est non q̄dem in centro epicicli sed versus supficiem ei⁹ taliter ꝙ non exit supficiem. epiciclus aūt in sua concauitate ꝓpriū motū hz ⁊ planetā secuz defert. sol tñ in sua cōcauitate nō mouet. ¶ Tex. Sed sphera lune. Tercia pticula de orbibus sphere lune. ⁊ hec spera prepter orbes in p̄dictis spheris assignatos quos eodē modo dispositos/figuratos/⁊ noiatos hz sicut alie sphere: orbē aliū mūdo simpliciter. i. scōz vtrāq ꝓ superficiē concētricū hz qui oēs alios tres ambit. ⁊ hic orbis vniformis est ⁊ vocat deferens caput drachonis qr ad motū hui⁹ variat caput ⁊ cauda drachonis vt postea videbit. ¶ Tex. In mercurio. Quarta pticula de orbibus sphere mercurij: qr scōm astrologos sphera mercurij dr habere q̄nq̄ orbes cum epiciclo. duo q̄dem extremi scz suprem⁹ ⁊ infim⁹ scōm quid mūdo cōcentrici sunt scz quo ad supficiem cōuexam superioris ⁊ cōcauam inferioris quo ad alias aūt duas supficies sunt mūdo eccentrici sēp tñ ad inuicē taliter se habent ꝙ spissior ps vnius est in directo subtilioris partis alterius ⁊ econtra. ⁊ vocant orbes deferentes augem id est eleuatiōem equātis. quid aūt sit equans paulo post apparebit. Intra hos aūt sunt alii duo orbes sitr difformes tñ simpliciter eccētrici id est q̄tum ad oēs suas supficies et latior ps vnius semp est cum subtilioze alterius ⁊ ecōtra. hii aūt duo orbes deferētes augem id est eleuationē eccentrici vocant qr orbis eccentricus mercurii intra hos duos locatus ꝓpter diuersam horꝝ dispositionē eleuat ⁊ centrū eius a cētro mūdi distat. in hoc aūt orbe eccentrico est epiciclus ⁊ in hoc epiciclo corpus mercurij vt in supioribus dictū est. ¶ Circa istā ꝑmā ptē dubitat quō coguite sunt horꝝ orbiū planetaꝝ diuersitates. ⁊ vtrū luīe naturali seclusa omī reuelatione hoc potuerit sciri. Dicendū ꝙ ad saluandū diuersitates q̄ in moribus planetaꝝ apparēt: rō naturalis coegit orbes eccētricos ⁊ epiciclos ponere. Ubi notādum ē ꝙ q̄dā sūt diuersitates q̄ coiter apparēt in oibus planetis sicut motus ab occidēte in orientem. ⁊ ꝙ quilz planeta citius vnū signū zodiaci q̄ aliud pertrāsit cū tñ oia signa sint equalia ⁊ motus planetaꝝ sint regulares. in hoc eñ drñt motus grauiū ⁊ leuiū a moribꝰ celorꝝ vt Aristoteles dicit in duodecimo methafisice ⁊ in scōo celi qr illi qñq̄ velociores qñq̄ tardiores sunt hij vero sp vniformes. Alie aūt diuersitates apparent specialiter in q̄busdaz planetis ⁊ nō in aliis sicut deuiationes ab ecliptica linea apparent in sex planetis non autem in sole. Item directiones et retrogradationes non apparent in sole et luna: sed solum in aliis quinq̄ Et intersectiones eccentricorum cum ecliptica in omnibus planetis preterquam in sole apparent. sed in quinq̄ planetis ille intersectiones fixe vident in luna autem sensibiliter monēter vt ex eclipsibus est manifestū. Itē auges eccētricorꝝ planetaꝝ in oibus sp eodem modo distant a cētro terre ꝓterq̄ in mercurio cui⁹ eccētric⁹ qñq̄ magis qñq̄ min⁹ eleuat supra cētrū terre. ¶ Ad saluādū igit ꝑmā diuersitatē oēs phi ꝓcordant ꝙ oportet ponere alios polos ꝑter polos motus ꝑmi mobilis ⁊ aliū circulū ꝑter eq̄noctialem ꝑ quē fiat motus sphera ꝝ inferior ab occidente in orientem. nam super eosdem polos/⁊ p eūdem circulū incōpossibiles fuissent eidez corpori motus ab oriente ⁊ motus ad orientē. posita aūt diuersitate poloꝝ ⁊ circuloꝝ illi motus sunt sibi cōpossibiles. ⁊ hoc in sphera materiali quā iohānes de mōte regio docet cōficere clare videri potest. qm̄ in eodem instrumento ponit octaua vel nona sphera intra ꝑmuūmobile. sed axis eq̄noctialis non ponitur in illa sphera sicut coiter solet fieri in aliis sed ponitur axis zodiaci ⁊ in eo figitur spherula terre cuius axis zodiaci due extremitates adhereut pol

Oprima questio.

Solutio

Quot diuersitates apparēt in motib⁹ planetarum

Quomō saluant astrologi dictas diuersitates

De prima

Instrumentū bonū ad hoc

zodiaci primi mobilis. et circa illos polos et axem reuoluit sphera interior. De axe autem equinoctialis solum ponunt due extremitates que sunt duo circuli parui in polis equinoctialis primi mobilis super quos pmũ mobile reuoluit. in clauiculo aut australi ponitur manubrium ligneũ instrumẽti. In illi igit sphera materiali apparet q̃ sphera interior sit ab oriente in occidentẽ et ab occidẽte in orientẽ mouet scz sup diuersos polos et axes et per diuersos circulos. et sicut intelligim⁹ de octaua vel nona sphera in illo instrumento posita intra pmum mobile sic intelligere poterimus de omnibus spheris planetarũ: in qualz eñ eas ponim⁹ polos equinoctialis et polos zodiaci et oẽs circulos sphere materialis vt supra diximus in capitulo scdo

De secunda. ¶ Ad saluandũ aut scdam diuersitatẽ cur scz idẽ planeta citius vnũ signũ q̃ aliud ptranseat:

Pictagoras. fuerũt multe opiniones hoim. pictagoras eñ et multi antiquorũ eccẽtricos orbes et epiciclos

Calipus (licet forte nõ tales quales diximus) ponebãt in spheris planetarũ. Astrologi vero q̃ fuerunt

Odosius tpe aristotelis scz calipus et odosius et multi alij post ipos putãtes positionẽ eccentricorum et epiciclorũ esse impossibilẽ scdm naturã (qz scz vel oporteret dari rarũ et densum aut ruptu ram aut penetracionẽ dimẽsionũ in celestibus: q̃ oia scdm phiam sũt impossibilia. astrologia autem phice subalternet si vera est nichil repugnãs pncipiis naturalib⁹ debet asserere) ideo aliter senserũt circa hoc dicẽtes scz q̃ eadẽ sphera alicuius planete ex pluribus orbibus cõponit oẽs tñ illi sunt vniformis spissitudinis scdm oẽs suas partes et cõcentrici mundo. vnde aristoteles refert q̃ calippus in septẽ spheris planetarũ. ss. orbes posuit. odosius vero. 49.

Ptholeme⁹ Post hos aut oẽs supuenit Ptholemeus egiptius q̃ videns horũ positionẽ nõ plene saluare apparentiã in motibus planetarũ per orbes illos concẽtricos: videns etiã q̃ positio pictagore si recte inspiciatur nullũ pdictorũ impossibiliũ implicat et cũ pauciorib⁹ orbib⁹ oia saluat et diuersitates motuũ planetarũ melius et ꝓbabilius per eccentricos orbes et epiciclos q̃ per orbes oino cõcẽtricos saluant: ideo pdictã pictagore positionẽ iterũ approbauit declarauit et ꝓfirmauit. per hoc eñ q̃ ille orbis medius in quo planeta deferẽ est eccẽtricus in parte ꝓpinquor in parte vero a terra remotior: sequitur q̃ stãte eqlitate signorũ et regularitate motuũ planetarũ idem planeta citius vnũ signũ zodiaci q̃ aliud debet ptransire. ptracris eñ quotidie lineis rectis a cẽtro mũdi vsq̃ ad centrũ solis licet sol in sua sphera in tpibus equalibus equalia spacia ptranseat: tñ ppter inequalẽ eius a centro mundi distanciã inequales fiũt anguli dictarũ linearũ sup centro mũdi. eadem eñ vel equalis basis (vt geometre et perspectiui dicũt) maiorẽ angulũ de ꝓpe q̃ de longe facit. vnde et ꝓpinquiora maiora vident qz scz maior est angulus piramidis radiose in oculo a breuiori spacio q̃ a lõgiori. si igitur dicte linee inequales angulos super centro mũdi facientes vsq̃ ad zodiacũ circulũ (qui mũdo cõcentricus ẽ) extendãtur: inequales eius arc⁹ intercipient. eodẽ etiã modo in aliis planetis intelligere oz si pdicte linee a centro mũdi vsq̃ ad centrũ epicicli ptrahant. Sic igitur pz q̃ admissa pdicta orbiũ eccentricorũ positione in planetis necessario concludit illa diuersitas scda que apparet in motib⁹ illorũ. sed hos orbes negãtib⁹ difficile est pdictã diuersitatem saluare stantibus suppositionibus predictis. Ad hoc aut vt in spera cuiusl z planete aliquis orbis sit eccẽtricus simpliciter et q̃ nullũ pdictorũ impossibiliũ naturaliter sequatur: necesse est q̃ in predicta sphera sint alij duo orbes ipm ambientes difformis crassitudinis et eccentrici secũdum qd orbis vero medius sit vniformis et eccentricus simplr. vnde patet q̃ Auerois ꝓmẽtator voluit in vebere in Ptholemeũ magis q̃ veritatem dicere cum ipse negauerit hos circulos et tñ nullum modum saluãdi apparentiã potuit inuenire.

De tercia ¶ Ad saluandũ autez deuiationẽ sex planetarũ a linea ecliptica oportet ponere polos suorũ eccentricorũ orbium aliquantulum distantes in vtrãq̃ partem a polis zodiaci et axes eorũ axem zodiaci secantes in sole autẽ quia

De quarta nõ deuiat ab ecliptica hoc non oportuit ponere ¶ Ad saluandũ aut directiones et retrogradationes quinq̃ planetarũ et velocitatem et tarditatem lune (que sub eodem signo qualibet vice nõ equaliter durat sed citius vna vice ipm q̃ alia pertransit) oportuit ponere aliquod corpus paruum rotundum in eccentrico orbe quod dicitur epiciclus in quo planeta sub vno signo integram reuolutionem posset facere et modo contra orientem modo contra occidentem moueret et aliquãdo in maiori tempore aliquando in minori idem planeta idem signum pertransiret. sed epiciclis negatis difficile est predictas varietates saluare. Epicicli etiã eo

modo quo ponuntur orbibus eccentricis immersi nullum impossibile naturaliter implicant ¶ Ad saluandũ autẽ illam notabilem motionẽ intersectionũ vie lune cum ecliptica linea que in aliis planetis fixe videtur manere: oportuit in sphera lune aliquẽ aliũ orbem a ꝑdictis tribus ponere ad cuius motũ predicta variatio cõtingat q̃ in aliis planetis nõ oportet. ¶ Sed quia aux eccẽtrici mercurij non semper equaliter distat a centro mũdi sed aliqñ propinquior aliqñ remotior ab eo inuenta est: ideo ad hoc saluandũ preter duos extremos orbes sphere mercurij oportuit alios duos similiter difformes ⁊ orbem eccentricũ ambientes intra duos primos collocare. propter quor motũ centrũ eccentrici orbis nũc magis nũc minus distet a centro mũdi: et orbis ipse eccẽtricus magis ⁊ minus eleuetur in sua sphera, put nũc ptes laciores duor orbiũ secundor iungũtur ptib⁹ laciorib⁹ duor primor nũc vero subtilioribus vt satis plane demõstrat purbachius in suis theoricis. Multe alie diuersitates preter has in planetis apparẽt ad quas saluãdas astrologi quedã alia ymaginãtur que nũc causa breuitatis õmittim⁹ ⁊ ad theoricas purbachij quas in addition ib⁹ hui⁹ quarti capl̃i insequimur uos remittimus. Sic igit̃ pz ex ꝑdictis q̃ viri perspicaces ingenio quales fuerunt Ptholemeus Thebit Alphraganus Alphonsus Purbachius Johãnes de mõte regio ⁊ plerior alij nulla facta reuelatione sed solo lumine naturali predicta oia cognouerunt.

De quinta

De sexta.

¶ Reuerendissimi domini Petri de aliaco cardinalis et episcopi cameracensis doctorisq̃ celebratissimi questio prima.

Queritur primo circa quartũ capl̃m vtrũ ad saluandũ apparẽtias in motibus planetarum oporteat ponere eccẽtricos circulos ⁊ epiciclos. Et arguit̃ ꝑmo q̃ nõ qꝛ si sic sequẽt̃ q̃ celi ⁊ mũdi essent diuersa centra ꝓña tenet qꝛ tales eccẽtrici haberẽt alia cẽtra a cẽtro mũdi sed ꝓns est falsum. et probat̃ falsitas qꝛ si celi ⁊ mũdi essent plura centra seq̃ret̃ q̃ grauia naturalia nõ possent naturaliter moueri ꝓns est falsuz ⁊ pz ꝓña: qꝛ ens naturale non dicitur moueri naturaliter nisi moueat̃ ad suũ locum naturalẽ tãq̃ ad terminũ ad quem mõ naturalia grauia haberẽt duo loca naturalia eo q̃ quodlz centrũ essz locus naturalis grauiũ g̃ moueretur ad duo loca qõ est impossibile vel ad neutrũ ⁊ sic haberet̃ intentũ. Scõo sic qꝛ si essent ponẽdi eccẽtrici sequeret̃ q̃ nõ esset terra in medio mũdi. ꝓns est contra auctorem probat̃ ꝓña qꝛ terra nõ esset in medio sphere celi igitur. Tercio sic si essent ponẽdi eccentrici sequeret̃ q̃ vel in celo fieret rarefactio vel cõdensacio aut vacuũ aut penetratio dimensionũ ꝓns est falsum. primo q̃tum est de rarefactione ⁊ condensatione per Aristotelẽ scõo celi ⁊ de aliis per eũdem quarto phisicor. sed pz ꝓña supponẽdo q̃ eccẽtricor aliquo ptes sunt spissiores aliquo strictiores. vltra supponit̃ q̃ tales eccẽtrici diuersis motibus mouẽtur. Tunc arguitur sic qꝛ signata pte spissa alicuius eccẽtrici tũc talis pars aliquãdo peruenit ad locum vbi est pars stricta ⁊ ecõtra. et tunc queritur quid replebit locum vbi prius erat illa ps spissa vel ergo remanebit vacuũ ⁊ habetur vnũ de illatis. ⁊ etiam queritur vbi recipietur illa pars spissa non in illo loco in quo erat pars stricta quia tũc ibidem esset penetratio dimẽsionũ vel condensacio et habetur totum ꝓns illatũ. Quarto sic qꝛ si sic seq̃ret̃ q̃ planete aliqñ ascenderẽt ⁊ postea descẽderẽt ꝓns est falsum qꝛ tũc eidẽ deberẽtur plures motus simplices scõz naturam eius propriam. sed probatur ꝓña quia dum planeta mouetur in eccentrico ab auge ad oppositum augis tunc descenderet qꝛ appropinquaret ad centrũ mũdi. ⁊ vũ ecõtra ascenderet qꝛ tunc elongaret̃ a centro mũdi. Quinto sic ⁊ specialiter de epiciclis quia luna non habz epiciclum g̃ non est necesse ⁊ cetera. antecedẽs probatur quia si sic sequeretur q̃ ymago que apparet in luna aliquãdo deberet apparere euersa. cõsequẽs est falsum ⁊ contra experiẽtiã sed probatur ꝓsequẽtia ⁊ ponatur q̃ illa ymago habeat mõ pedes in opposito augis epicicli scz versus terram tunc per motum illius epicicli talis pars veniet aliquãdo ad augem epicicli et sic essent euersi quod est propositum. Sexto sic quia omnia possunt saluari sine positione hujusmodi eccentricorum et epiciclorum ergo frustra ponerentur consequentia est nota. antecedens patet per Eudoxium ⁊ Calipum qui fuerunt contempanei Aristotelis quos allegat cõmentator duodecimo methaphisice pro sua opinione. Et cõfirmatur auctoritate cõmentatoris in secundo celi vbi ponit in pluribus cõmentis q̃ opinio mathematicorum de eccentricis et epicicliis est impossibilis. ¶ In oppositum arguitur per auctorem in principio

capituli quarti ⁊ per Ptholemeum in almagesti ⁊ per omnes astrologos. In questione erũt duo articuli in primo declarabũtur termini. in secũdo narrabũtur quedã opiniones ⁊ soluetur questio secundum cõmunes astrologos. ¶ Quantum ad primũ notandum est ꝙ astrologi aliquos orbes posuerũt eccentricos et alios concentricos vnde orbis concẽtricus dicitur orbis sub vtraq; eius superficie continens centrum mũdi ⁊ habens eius centrum cum cẽtro mundi. istomodo primum mobile est orbis concentricus ⁊ generaliter quilibet orbis totalis est concentricus. ⁊ ibi capitur orbis totalis pro aggregato ex omnibus orbibus requisitis ad saluandum motum totalem vnius planete/ eodẽmodo scz quo ponũtur nouem sphere. Sed orbis eccentricus dicitur orbis sub vtraq; eius superficie continens centrum mundi habens tamen centrum suũ extra centrum mundi. Et duplex est talis eccentricus nam. q̃dã est eccẽtricus simpliciter alter vero secũdum quid. vnde orbis eccentricus simpliciter dicitur ille orbis cuius centrum quo ad vtramq; superficiem tam concauam ꝙ conuexam est extra centrũ mundi. Sed eccentricus secũdum quid dicitur ille orbis qui quantum ad vnam superficiem habet suũ centrum cum centro mundi ⁊ quantũ ad aliam superficiem extra centrum mundi. Et talis est duplex/ quia quidam est concentricus quantũ ad superficiem concauam ⁊ eccentricus quantum ad conuexã/ aliꝰ e ꝓuerso ¶ Scõo notãdum est ꝙ eccẽtrici scõm quid scz solũ quantum ad vnam superficiem sunt spissiores in vna parte ⁊ strictiores in alia. et eccentricꝰ simpliciter scz quo ad vtrãq; superficiem vz qui inter illos mediat/ est regularis spissitudinis et dum isti orbes mouentur semper pars stricta vnius est cum parte spissa alterius et ecõtra Et per hoc solutũ ratio cõmentatoris scz de vacuo ⁊ cetera ¶ Tertio notandũ est ꝙ ad cuiuslibet planete motum saluandũ/ ymaginantur astrologi in totali orbe illiꝰ planete tres orbes eccentricos. quorum duo sunt eccentrici secundũ quid scz quo ad vnam superficiem solum scz vnus superior ⁊ alter inferior. superior est eccentricus quantũ ad vnam superficiem solũ scz concauam/ inferior est eccentricus quantum ad conuexam solum: et inter illos duos mediat eccentricus simpliciter qui apud astrologos vocatur orbis deferens eo ꝙ defert corpꝰ planete ¶ Quarto notandũ est ꝙ in isto deferente astrologi ymaginantur quatuor pũcta quorũ vnũ vocatur aux et est punctum in illo deferente qõ magis distat a centro mundi scz quod est iuxta partem strictiorem superioris eccentrici. Et aliud punctum vocatur oppositum augis et est illud pũctum quod propinquius est centro mundi scz iuxta partem spissiorem eccentrici superioris. Sed sunt alia duo puncta equaliter distancia ab illis duobus signatis scz ab auge ⁊ opposito augis et vocantur longitudines medie. Ex isto potest inferri ꝙ sol aliquãdo est propinquior terre ⁊ aliquando remotior/ scz propinquior dum est in opposito augis ⁊ remotior dum est in auge. ¶ Quinto notãdũ est ꝙ epiciclus apud astrologos vocatur quidam parvus circulus in superficie orbis deferentis existens non continens infra se centrum mundi ⁊ corpus planete ymaginatur esse in eo. Et iste epiciclus ponitur esse contiguus eccentrico deferenti ⁊ non continuus quia mouetur alio motu q̃ ad motũ eccentrici deferentis. ¶ Sexto notandũ est ꝙ in isto epiciclo ymaginantur quatuor puncta sicut in eccentrico vnuz vocatur aux epicicli. et est punctum in epiciclo magis remotum seu distans a centro mundi. aliud vocatur oppositum augis epicicli/ scz illud punctum in epiciclo quod minꝰ distat a centro mundi et sunt alia duo puncta equaliter distancia ab illis ⁊ vocantur stationes. ¶ Pro quo notandum est vlterius ꝙ in planetis seu in motibꝰ eorum reperitur retrogradatio statio ⁊ directio scz ꝙ planeta aliquando est retrogradarius aliquando directꝰ ⁊ aliquando stationariꝰ. vnde planeta dum est in auge sui epicicli dicitur directus. et causa est quia illo tunc velocius mouetur sub orbe signorum scz sub zodiaco propter hoc ꝙ mouetur ad motum epicicli et eccẽtrici deferentis simul. Sed dum planeta est in opposito augis sui epicicli est retrogradus ex eo ꝙ tunc tardius mouetur sub orbe signorum propter ea ꝙ mouetur ad motum epicicli contra motum deferentis. Dum autem planeta est in aliqua stacionũ dicitur stacionarius eo ꝙ tunc medio modo mouetur sub orbe signorum propter hoc ꝙ illo tunc ad motum epicicli non mo

Primus articulus

Orbis cõcentricus.

Orbis eccentricus.

De epiciclo.

uetur contra motum deferentis nec cum eo ita q̃ non retardatur nec velocitatur ille motus. Et hec de primo articulo. Hec omnia possunt in superius posita figura euidēter ⁊ sufficienter videri siue percipi ab oibus eam intuentibus. ¶ Quantum ad secundum aduertendum est q̃ illud dicitur esse ponendū ad saluandū apparētias in motibus planetarū per quod sine impossibili ⁊ absq̃ hoc q̃ sit contra phiam naturalē ⁊ cōes astrologos possunt saluari oēs apparentie in motibus planetarū. hoc pz per Ptholemeum in tertia dictione almagesti. Et ibidem ponit tres modos quib⁹ ymaginabile est tales apparentias posse saluari. Prim⁹ est ponendo planetā habere eccētricū sine epiciclo. Scōs est ponēdo planetā habere epiciclū sine eccētrico. Tertius modus est ponēdo habere vtrūq̃. ¶ Scōo notādū est q̃ fuerunt aliq̃ qui hmōi apparētias voluerūt saluare sine eccētricis ⁊ sine epiciclis scz per incurtationē orbium planetarū istomō q̃ ponebāt orbes planetarū nō moueri ab occidēte in orientē sed solum ab oriente in occidentē motu diurno incurtādo tñ sic q̃ in die naturali nō cōplerēt vnā diurnam reuolutionē cōpletā sed modicū retardātur ⁊ p hoc saluant quomō planete sunt cōtinue sub alia ⁊ alia pte zodiaci. Sed breuiter lz isti possent saluare aliquas apparētias non tñ possent saluare principales ⁊ difficiles ad saluandū sicut sunt maior appropinquatio solis ad centrū mūdi in vno tpe q̃ in alio ⁊ sicut sunt eclipses. ¶ Alij aūt voluerūt oia saluare per motū terre. vñ ponebāt q̃ terra moueť appropinquādo ad celū ex vna pte terre. Sz istud est simpliciter impossibile qz de duobus planetis versus eandē ptē celi reperitur q̃ vnus magis distat a terra q̃ ante faciebat ⁊ alter est propinquior. etiā in stellis fixis reperiret talis appropinquatio ⁊ elongatio maior in vno tpe q̃ in alio qd tamē nō ponūt astrologi nec aliqui phi. ¶ Item alii sicut cōmentator negauerūt simpliciter hmōi eccentricos ⁊ epiciclos dicētes ad hoc seq̃ impossibile. sed de mō saluādi apparētias nullum dederūt modū. ¶ Quart⁹ modus saluādi apparentias est per eccentricos ⁊ epiciclos q̃ est magis cōis. Pro cuius declaratione suppo nuntur aliqua. Primo q̃ celum non est condēpsabile nec rarefactibile pz per phm scōo celi. ⁊ ex alio qz celum non est alterabile vt habeť primo celi g̃. antecedēs notum est in primo celi. Secūdo supponitur q̃ non est possibilis penetratio demensionū ⁊c. nec vacuū esse pz quarto philicorū. Tertio supponitur q̃ sol non mouetur in suo orbe sicut piscis in aqua nec aliqs alter planeta. pz per phm secūdo celi ⁊c. quia tūc sol diuideret celū sicut piscis diuidit aquā quod est contra phm in fine primi celi. Quarto supponitur q̃ sol in vno tēpore est propinqor terre ⁊ in alio remotior. pz quia sol remotior est a terra dum est in fine geminorū ⁊ propinqor dum est in fine sagittarij. hoc etiam pz qz stante equali serenitate aeris sol apparet maior in vno tpe q̃ in alio ⁊ cum nō ita sit realiter oportet q̃ hoc sit ꝓpter hoc qd est aliqñ propinqor terre ⁊ aliquādo remotior. ¶ Istis notatis ponūtur ꝛclones. Prima est q̃ ad saluandū apparentias in motu solis non est necesse ponere eccentricū sine epiciclo nec est necesse ponere epiciclum sine eccentrico. ꝛclusio pz qz per vtrūq̃ illorū possunt apparēcie ⁊ saluari: g̃ conclusio vera ꝛña est nota. añs pz expresse per Ptholemeū in dictione tercia almagesti vbi ponit q̃ p vtrūq̃ possunt saluari. ¶ Scōa ꝛclusio ad saluandū apparētias in motu solis oportet ponere eccētricū sine epiciclo vel epiciclū sine eccētrico. pz ꝛclusio qz sol ꝓpiquior est terre in vno tpe q̃ in alio per vnā suppositionē. et hoc non pōt saluari nisi ponēdo eccētricū vel epiciclū in orbe solis g̃ ꝛclusio vera. maior est vera per suppositionē minor pz qz illud nō posset saluari p rarefactionē vel cōdensationē orbis solis p vnā suppositionē: nec ponendo totalē orbem solis appropinqre ad terrā qz tūc fieret vacuū ⁊ penetratio dimēsionū cōtra vnā suppositionem: nec pōt saluari ponēdo solē mouerī in suo orbe sicut piscis in aqua p aliā suppositionem ergo necesse est ponere eccentricū vel epiciclū. scōo pz ꝛclusio p inequalitatē mot⁹ solis sub zodiaco. vnde ibi reperiť maior inequalitas q̃ esset ex pte obliqtatis zodiaci solum. tercio pz conclusio ex parte eclipsis qz nō qñcunq̃ est dyametralis interpositio terre inter solē ⁊ lunā est eclipsis lune ⁊ hoc ꝓuenit ex eo q̃ dū sol nimis distat a terra eius vmbra non potest peruenire vsq̃ ad lunam. Sed dubiū est per quid melius possunt saluari apparencie in motu solis vel per eccētricū vel per epiciclum. Ad quod respōddetur q̃ ꝓuenięt⁹ est ponere solē habere eccētricū sine epiciclo. cā est qz si sol haberet epiciclū oppteret q̃ sol qñq̃ esset retrograd⁹ qñq̃ directus qñq̃ stacionarius qd nō ponit ab astrologis. ¶ Tercia ꝛclo est ad saluandum

Secundus articulus

Ptholemeus

Prima opio

Reprobatio.

Scōa opinio.

Reprobatio

Tercia opio cōmētatoris

Quarta opio

Prima cōclo

Scōa conclo.

Tercia ꝛclo

apparētias ī motu lune necesse est ponere lunā habere eccētricū ⁊ epiciclū. pz ꝛcl̄o primo de epiciclo qz luna qñqz est retrograda ⁊ qñqz directa qñqz stacionaria. mō ista nō pñt saluari p eccētricū qz rōe eccētrici nulla est retrogradatio. sz pz de eccētrico qz lūa qñqz est ꝓpiq̄or tre ipsa exñte in opposito augis epicicli qñqz remotior ⁊ ideo p epiciclū solū nō posset saluari illa apparētia. vñ dū luna est in opposito augis epicicli ⁊ in opposito augis eccētrici tūc est ꝓpinquior terre q̄ possit esse ⁊ dū est in auge epicicli ⁊ eccētrici tūc est remotior a terra q̄ possit esse. Itē ꝛcl̄o pz qz luna qñqz deuiat ab eclipticā. et hoc est ꝓpter eccētricū ⁊ epiciclū simul ⁊ sicut dictū est de luna ita dicēdum est de aliis q̄nqz planetis erraticis. Et hec de articulo scdo

Ad rationes questionis

¶ Ad rationes. Ad primā dicit q negat ꝛñia qz illud vocat solū cētrū mūdi qd̄ est cētrū totalis orbis ⁊ ad ipm habēt inclinationē grauia naturaliter. Ad scdam negat ꝛñia. ad ꝓbationē dicit q est in medio orbis solis totalis sed bene ꝛcedit q nō est in medio orbis deferentis nec illud req̄ritur. Ad terciā negat ꝛñia. vnde illa rō supponit vnū falsum scz q tales eccētrici nō mouētur vniformiter sic q dū ps spissa vni⁹ mouet versus vnā ptem ps alteri⁹ eccentrici mouet ecōtra. Ad quartā dr q ꝛñia nō valz qz nō quodlibz ad terrā appropīquare est descēdere nisi sit in sphera gñabiliū et corruptibiliū nec quodlz elōgare sed econtra ꝛc. Ad q̄ntā negat añs. ad ꝓbationē dicit q ꝛñia nō vz vnde luna ad hoc ponit moueri vno motu in suo epiciclo per quem saluatur illa difficultas. Ad sextā negat antecedēs. ad ꝓbationē dicitur q nō sunt tenendi nec cōmentatores etiam. Et hec de questio.

¶ Secunda pars de propriis motibus tam planetarum q̄ octaue sphere ac etiam none.

Motus primi mobilis

Mouentur aūt oēs sphere inferiores (vt sepe dictū est) primo quidē ab orīte per meridiē in occidētem super polis equinoctialis circuli a primo mobili circūducte qui mot⁹ diurn⁹ est. Deinde vero ab occidēte p meridiē in orīētē

Motus none sphere

sup polis zodiaci nona sphera (que scd̄m mobile dicitur) secū octauā sphe-ram ⁊ oēs orbes deferētes auges eccētricorū planetarū preter q̄ lune rapiens in. 49000. ānis vna reuolutione cōpleta mouetur. percurritqz in quibuslibz ducētis ānis gradū vnū ⁊ fere. 28. minuta zodiaci primi mobilis. ⁊ hic mot⁹

Mot⁹ octaue

augiū ⁊ stellarū fixarum in tabulis notatur. Sed octaua sphera preter hos duos motus aliū habet sibi ꝓpriū. et fit super principia arietis ⁊ libre zodiaci none sphere in quibusdā paruis circulis p motū ⁊ reuolutionē capitum arietis ⁊ libre none descriptis. ita vt in quibuslibet. 7000. annis quilibet dictorū pūctorū octaue sphere sui circuli peripheriā describat. et in quibuslibet fere 20. annis gradū vnū eiusdē circuli ptrāseat. Hoc etiā motu oēs orbes deferētes auges eccentricorū planetarū ꝓter q̄ lune rapiūtur. ⁊ hic motus trepidationis vel accessus ⁊ recessus octaue sp̄e in tabulis dicit. Cū igit̄ totalis mot⁹

Primū correlarium

octaue sp̄e triplicē motū ptialē cōplectat: pz q stelle fixe qñqz directe qñqz retrograde qñqz stacionarie nūc q̄dē veloces nūc autē tarde apparebūt sub zodiaco primi mobilis. Itqz ꝓpter deuiationē capitū arietis et libre octaue sphe-

Scōm correlarium

re a principiis arietis ⁊ libre none in suis paruis circulis eq̄noctia similiter ⁊ solsticia variari cōtinget. ita vt nūc in principiis arietis ⁊ libre cancri ⁊ capricorni primi mobilis / nūc ante / nūc post sole exñte accidant.

¶ Secunda pars principalis de motib⁹ propriis nouem inferiorum sphararum. habet quatuor particulas. prima est de motibus none et octaue sphere. Secunda de motibus propriis septem planetarum ibi. sphere vero. Tercia de ymaginatiōe quorūdam circulorum in sphe-ris planetarum ibi. ymaginamur tamen. Quarta est de diuersis planetarum ꝓprietatibus et passionibus ibi. accidunt autem. Prima particula iterum diuiditur quia primo dicit de mo

tu cõi omnibus spheris inferioribus. secũdo de motu ꝓprio none sphere ibi. Deinde. tercio de motu ꝓprio octaue ibi. Sz octaua. cõis motus oim sphera⁊ orbiũ inferiorũ est motus ꝑmi mobilis qui dr̃ motꝰ diurnꝰ qz vt supra dictũ est ꝑmũ mobile oẽs alias sphera secũ impetu suo rapit ⁊ fit motus iste sup polos eq̃noctialis circuli ab oriẽte p meridiẽ in occidentez a quo iterũ p angulũ medie noctis fit recursus in oriẽtẽ ⁊ hoc in spacio diei naturalis scilz in .24. horis ⁊ hoc sepiꝰ dictũ est. ¶ Tex. Deiñ vero. dicit de motu ꝓpo none sphere q̃ fit ab occidẽte p meridiẽ in oriẽtẽ a quo p angulũ medie noctis reuertit in occidentẽ ⁊ fit iste motꝰ sup polos zodiaci p lineã ecliptica regularissime ita vt in q̃buslz ducẽtis ãnis ꝑncipiũ arietis zodiaci none spere gradũ vnum ⁊ .28. minuta fere de zodiaco ꝑmi mobilis ꝑtrãseat atq̃ hoc modo revolutio integra in .49000. ãnis cõpleta esset. Hoc aũt motu rapit̃ ist̃ octaua sphera et orbes deferẽtes auges eccẽtricorum planetarũ ꝑterq̃ orbes sphere lune ⁊ duo scõi orbes sphere mercurii q̃m illi vt infra apparebit aliũ motũ habẽt. Iste aũt motꝰ ꝓpus none sphere in tabulis Alphõsi motꝰ augiũ ⁊ stellarũ fixarũ noãtur. quõ aũt iste motꝰ ⁊ etiã motus ꝓpus octaue spe cogniti sũt ab astrologis supra ĩ capitulo ꝑmo habũ de dictũ ẽ. ¶ Tex. Sz octaua Dicit de ꝓpo motu octaue sphere. ⁊ ꝑmo ostẽdit q̃liter fiat scõo infert q̃dam correlaria ibi. Cũ igit̃. motꝰ igitur ꝓpus octaue sphere nõ fit sup polos zodiaci aut eq̃noctialis nec directe ad orientẽ vel ad occidẽtẽ: sed fit hoc mõ qz ꝑncipia arietis ⁊ libre zodiaci octaue sphere circũ voluunt̃ circa ꝑncipia arietis ⁊ libre zodiaci none duos paruos circulos describẽdo quorũ centra sunt ꝑncipia arietis ⁊ libre none sphere. q̃lz tñ dictorũ pũctorũ octaue sphere circũferentiã sui pui circuli in .7000. ãnis rr̃aliter ꝑficit. ⁊ in q̃buslz fere .20. ãnis vnũ gradum talis circũferẽtie ꝑtrãsit. hoc etiã motu rapiũtur oẽs orbes deferẽtes auges eccẽtricorũ planetarũ ⁊ hic motus ĩ tabulis Alphõsi motꝰ accessus et recessus vel motus trepidatiõis octaue sphere noãtur. Cũ ꝑ hũc motũ ꝓtingit vt ecliptica zodiaci octaue sphere non sp̃ sit sub ecliptica zodiaci none sic̃ ecliptica none sp̃ est sub ecliptica ꝑmi mobilis. qz q̃n capita arietis ⁊ libre mouent̃ in suis pris circulis versus septẽtrionẽ vel versus austrũ a capitib⁹ arietis ⁊ libre none sphere recedẽcia: tũc ecliptica octaue sphere intersecabit ecliptica none sub capitibus cãcri ⁊ capricorni none sphere. q̃n aũt capita arietis ⁊ libre octaue sphere fuerint in ꝓtractib⁹ parvorũ circulorũ cũ ecliptica none sphere: tũc ecliptica octaue stabit directe sub ecliptica none nusq̃ ab ea declinãs. Ad hunc aũt motũ plane capiendũ oz sphera materiale ꝓficere qualez docuit iohãnes de mõte regio in qua scz octaua sphera ꝓtineat̃ intra nonã taliter q̃ ei adhereat nõ p aliquã arem sed in ꝑcipiis arietis ⁊ libre vbi sint duo parui circuli in quorũ cẽtris capita arietis ⁊ libre none sphere fixa sint in circũferẽtiis vero capita arietis ⁊ libre octaue que taliter circũuoluãtur vt cũ caput arietis fuerit in medietate sui pui circuli septẽtrionali sb ecliptica none: caput libre sit ꝓportionalit̃ motũ ĩ mediate sui pui circuli australi ⁊ ecõtra Poli aũt zodiaci octaue sphere mobiles relinquãtur ita q̃ nõ adhereant per aliquẽ arẽ pol̃ zodiaci none. ¶ Tex. Cum igit̃. Infert duo correlaria ad maiorẽ hui⁹ motꝰ exp̃ssionẽ. ꝑmuz q̃ ꝓpter dictã motuũ pluralitatẽ ĩ octaua sphera. seqnit̃ q̃ motus eiꝰ sub zodiaco ꝑmi mobil̃ nõ sp̃ ad eãdẽ ptez vniũsi appeat. sz stelle fixe mõ directe/mõ retrograde/modo etiam stationarie videant̃. nũc q̃dẽ tarde versus oriẽtez aut occidentẽ/nũc aũt veloces in motu suo. Sicut em̃ in planetis totalis motꝰ planete ex motu orbis eccẽtrici ⁊ ex motu epicicli collectus planetã directũ/retrogradũ/⁊ stationariũ/velocẽ/⁊ tardũ/ĩ motu suo facit (q̃uis motꝰ eccẽtrici sp̃ ad eandẽ ptẽ ⁊ eandẽ velocitate fiat sil̃r ⁊ motꝰ epicicli vt videbit̃) sic etiã motꝰ none sphere cũ ꝓprio motu octaue stellas fixas q̃nq̃ ad oriẽtẽ q̃nq̃ ad occidẽtem q̃nq̃ aũt neutro mõ. i. stationarias q̃nq̃ veloces q̃nq̃ tardas in motu suo facit apparere q̃uis q̃lz istorũ motuũ p se sẽp ad eandẽ ptẽ ⁊ simili velocitate fiat. ¶ Tex. Atq̃ propter. Ponit scõm correlarium q̃ scz propter dictas circuitiones capitum arietis ⁊ libre octaue sphere in suis paruis circul̃ contingit q̃ equinoctia et solsticia varientur. ita vt non semper cum sol fuerit in principiis arietis et libre primi mobilis sint equinoctia. nec in principiis cancri et capricorni primi mobilis sint solsticia. sed quandoq̃ ante quandoq̃ post quandoq̃ vero in eisdẽ. eo q̃ propter deuiationes ecliptice octaue sphere ab eclipsica none et ꝑmi mobilis: nõ semp tangit ecliptica octaue sphere eq̃noctialẽ ꝑmi mobilis in ꝑncipijs arietis ⁊ libre ꝑmi mobilis: sed q̃nq̃ ante

Correlariũ

Instrumentũ bonũ ad hoc

qñq; post. similiter ꝓpter easdem deuiationes nõ semp pars ecliptice octaue sphere que est sub ꝓncipio cancri vel capricorni primi mobilis maxime distat ab equinoctiali eiusdem ꝓmi mobilis sed qñq; aliqua pars ꝓcedens qñq; vero aliqua subsequẽs. vnde cũ sol sp moueatur sub ecliptica octaue sphere vt dictũ est et adhuc magis videbitur seqũtur q̃ non semp qñ sol fuerit sub ꝓdictis quatuor punctis zodiaci ꝓmi mobilis ꝓtingent equinoctia aut solsticia sed qñq; ante qñq; post. Ex hiis igitur duobus correlariis apparet que fuerit causa tante diuersitatis inter astrologos circa motũ octaue sphere. cuz eñ vt dictũ est mot⁹ totaꝰ octaue sphere in zodiaco ꝓmi mobilis sit irregularis (licet vterq; partialiũ sit regularis) pz q̃ tp̃e quorũdam astrologoꝝ stelle fixe erãt directe ⁊ veloces cursu. ⁊ ideo tales dixerũt q̃ stelle fixe mouebantur versus orientem semp in. 66. annis gradu vno. sed tempore alioꝝ astrologoꝝ stelle fixe erant directe ⁊ tarde in motu suo ⁊ sic illi dixerũt q̃ mouebãtur stelle semper versus orientẽ in centum annis gradu vno. tempore aũt alioꝝ stelle fixe erant retrograde ⁊ illi putauerunt q̃ ꝓprius motus stellaꝝ fixaꝝ esset contra occidentẽ. Si aũt iste triplex motus octaue sphere negaretur difficile esset haꝝ diuersitatuz assignare rõem. sic igitur pz cũ hec oĩa per naturam sint possibilia q̃ ꝓbabilius est ⁊ ad saluãdũ apparentia aptius ponere triplicẽ motum octaue sphere et ex consequenti decem spheras mobiles vt moderni sabtiliter ymaginati sunt q̃ ponere solas nouem spheras mobiles et duplicem tantuz motum octaue sphere vt antiqui astrologi putabant

Correlarium

Mot⁹ orbiuz eccẽtricorum planetarum.

Sphere vero septẽ planetaꝝ q̃tum ad orbes eccẽtricos aut deferentes planetaꝝ omnes ab occidente in orientẽ sup axes ⁊ polos suos ꝓpriis motibus in diuersis spaciis temporum zodiacum primi mobilis percurrunt. saturnus quidem in. 30. annis fere. iupiter in. 12. mars in duobus. sol venus ⁊ mercurius in. 365. diebus ⁊ fere sex horis preter rem modicam que nullius est sensibilitatis. luna in. 27. diebus et octo horis. Sed axis orbis eccentrici solis axi ecliptice equidistat ⁊ motus eius super ꝓprio centro regularis est. axes vero eccentricoꝝ alioꝝ sex planetaꝝ axem zodiaci extra centrum mũdi intersecant ⁊ poli illoꝝ a polis zodiaci inequaliter distant. motusq; horum orbiuz super ꝓprio centro irregularis est. Sed epiciclus cuius lz planete intra suaz cõcauitatem corpus stelle circulariter deferendo mouet. veruntamẽ in luna ab oriente versus occidentẽ pars superior epicicli ⁊ in aliis aũt quinq; versus orientẽ reuoluit. pars aũt inferior ad partem oppositã. Orbes aũt deferẽtes auges eccentricoꝝ planetaꝝ motibus none ⁊ octaue sphere vt dictũ est rapiuntur. Orbes tamen augem eccẽtrici lune deferentes sup polis suis a polis zodiaci in vtrãq; partem gradibus quinq; se motis ab oriente in occidentez omni die naturali gradibus vndecim ⁊ minutis duodeci fere mouet. Similiter ⁊ orbis quartus concẽtricus sphere ipsius super polis zodiaci ab oriẽte in occidentẽ quolibet die naturali tribus minutis fere caput ⁊ caudã dracho nis lune deferens mouet. Orbes aũt deferentes augem eccentrici mercurii super polos zodiaci ab oriente in occidentem quolz die naturali quadragita nouem minutis et octo secundis regulariter mouentur.

Mot⁹ orbiuz eccẽtricorum

Cõpatio eccẽtricoꝝ

Motus epiciclorum plãetaꝝ

Mot⁹ orbiuz auges deferẽcium

¶ Secunda particula de ꝓpriis motibus septem planetaꝝ. ⁊ primo q̃tum ad orbes eccentricos. scõdo q̃tum ad epiciclos ibi. Sed epiciclus. tercio q̃tũ ad orbes deferẽtes auges eccẽtricoꝝ ibi. Orbes aũt. q̃tum ad orbes eccentricos duo facit ꝓmo ostẽdit in quo ꝓueniũt oẽs orbes eccẽtrici planetaꝝ scõdo id in quo dñt ibi. Sz axis. ꝓueniũt igit oẽs orbes eccẽtrici oĩz septẽ planetaꝝ ĩ hoc q̃ mot⁹ ꝓpius cuiuslz eoꝝ fit sup ꝓprio cẽtro axe atq; polis ab occidẽte per meridiẽ in orientẽ a quo per angulũ medie noctis reuertitur in occidentem. veruntamen non omnes illi orbes reuolutionem vnã in equali tp̃e ꝓficiunt sed in diuersis spaciis tẽporuz

Capitulum quartum

(vt etiã supra capitulo ꝑmo dictũ est) zodiacũ ꝑmi mobilis metiũtur. qz orbis eccentricus saturni in triginta annis fere. eccẽtricus iouis in. 12. orbis martis in duobus. sed orbis eccentricus solis aut veneris aut mercurii in vno anno scz in. 365. dieb⁹ et fere sex horis excepta modica re que nullius est sensibilitatis. deficiunt eñ scõm tabulas alfonsi fere vndecim minuta hore. sed orbis lune in. 27. diebus ⁊ octo horis zodiacũ circuit. ¶ Tex. Sz axis. Ponit illud in quo differũt eccentrici orbes septẽ planetarꝫ ⁊ tangit duplex dfa. Prima est ꝙ nõ oẽes illi orbes mouẽtur sup eosdem polos aut axes neq; ꝑ eundem circulum. sed axis orbis eccẽtrici solis est linea recta ymaginabiliter transiens per cẽtrum ꝓpriũ illius orbis equaliter distãs in oĩbus partibus axi ecliptice octaue sphere. vnde et poli illius axis a polis ecliptice equaliter distant. ex quo sequitur ꝙ centrum corporis solis semper mouetur sub linea ecliptica zodiaci. motus eñ quorꝫ axes sunt equidistantes per eundem circulum fiunt in celestibus. Sed axes aliorum sex eccentricorꝫ sunt linee per ꝓpria centra eorum transeũtes ⁊ axem zodiaci extra centrum mũdi intersecantes vnde ⁊ poli illorꝫ a polis zodiaci vtrinq; inequaliter distabunt. ex quo sequitur ꝙ centrum cuiuslibet illorum sex epiciclorꝫ non per ecliptica sed per alium circulum intersecantem ecliptica mouetur cuius circuli vna medietas declinet ab ecliptica versus septemtrionem altera versus austrum. non tamẽ ꝙ egrediatur latitudinem zodiaci. verum in quibusdam planetis huius circuli maxima deuiatio ab ecliptica maior est q̃ in aliis. Intersectiones autem due in quibus dictus circulus ecliptica intersecat caput ⁊ cauda draconis dicuntur de quibus postea fiet sermo. Secunda differencia est ꝙ orbis eccẽtricus solis super suo centro regulariter mouetur. ꝓtractis eñ singulis diebus lineis rectis a centro huius orbis vsq; ad centrum corporis solis omnes ille equales angulos faciũt in eodem centro eccentrici ⁊ de circunferentia illius orbis equales arcus intercipiunt. sed nullus aliorꝫ sex orbium eccentricorꝫ super ꝓprio centro regulariter mouetur. quia in quibuscunq; temporibus equalibus linee recte ꝓtrahantur a cẽtro illius orbis vsq; ad centrum epicicli non semp equales anguli sup centrũ eccentrici fient aut equales arcus eiusdẽ circunferẽtie intercipientur ¶ Notandum ꝙ in ꝓposito linea ecliptica accipitur non in octaua sphera sed in sphera planete. ⁊ est quedam linea ymaginabiliter descripta in superficie conuexa illius sphere directe supposita linee ecliptice octaue sphere (vt eñ supra capitulo secundo dictum est omẽs circuli sphere materialis licet ꝑncipaliter in ꝑmo mobili ymaginentur: tamen in oĩbus spheris celestibus possunt ymaginari) Similiter etiã polos zodiaci vel ecliptice in sphera planete debemus intelligere puncta scz duo directe supposita duobus polis zodiaci octaue sphere. ¶ Notandum etiã ꝙ spacia temporum (quibus orbes eccentrici planetarꝫ dicũt zodiacum circuire) in textu posita nõ sunt precise accipienda sed adiecta particula fere sũt moderanda. quia secundum tabulas Alphonsi eccentricus saturni in. 29. annis ⁊ decẽ mensibus ⁊ aliquibus diebus vltra reuertitur ⁊ non ꝑcise in. 30. annis. sic̃r neq; eccentric⁹ iouis pertingit ad ꝯplementũ duodecimi anni ⁊ ita de aliis. ¶ Notãdũ vlteri⁹ ꝙ illud qd̃ dr de motu eccentrici solis (scz ꝙ fit in. 365. diebus et sex horis preter rem modicã q̃ nulli⁹ est sensibilitatis) est intelligẽdũ in paucis ãnis. in multis tñ res illa valde sensibilis reddit. vt eñ dr in ꝑmo de celo puus error in ꝑncipio martii⁹ est in fine ⁊ in q̃nto libro de repu. puũ erratũ in ꝓcipio correspõdẽe est ad singulas ꝑtes. Sic igit̃ licet error ille in vno ãno ĩsensibilis sit (qz nõ sũt nisi. 11. minuta hore) tñ post quatuor ãnos iã est error triũ quartarꝫ fere vni⁹ hore. ⁊ ex cõsequẽti in q̃buslibz. 120. ãnis fere ẽ error vni⁹ diei naturalis. q̃lz eñ ãnus roman⁹ quo ecclia vtit̃ est maior q̃libz ãno solari in illis. 11. minutis hore. ⁊ q̃tuor ãni romani sũt maiores q̃tuor annis solaribus in tribus quartis vnius hore. ⁊. 120. anni romani excedunt totidem annos solares fere in vna die naturali quia annus romanus accipit sex horas completas vltra. 365. dies. Ex hoc etiã seq̃tur aliud scz ꝙ introit⁹ solis in duodecĩ signa ꝛtinue variet̃ in kalẽdario romano. i. qd̃ nõ eisdẽ dieb⁹ mẽsiũ sol ꝑ intret duodecĩ signa zodiaci. vñ etiã ꝑz ꝙ nec eq̃noctia nec solsticia sunt nostris tẽporibus eisdẽ diebus mensiũ q̃bus erãt tẽpe natiuitatis xpi: qz eq̃noctiũ vernale. i. introit⁹ solis in arietẽ tẽpe xpi fiebat. 25. die martii q̃ ẽ dies ãnũciatiõis sũti carnationis xpi. nũc aũt fit idẽ eq̃noctiũ vndecĩa diei martii. Itẽ solsticiũ estiuale tunc

De illa qua re q̃ nulli⁹ est sẽsibilitatis.

C orrelarium

Correlariũ de variatione eq̃noctiorꝫ ⁊ solsticiorum

fiebat .24. die iunii scz in die natiuitatis scti iohānis baptiste nūc aūt fit fere vndecīa die eiusd̄ mensis. similiter solsticum hyemale tunc fiebat .25. die decembris q̄ est dies natiuitatis xp̄i nūc aūt fit duodecima die eiusdem. Et cum obseruatio festiuitatis pascalis ⁊ aliorū festorū mobiliū in ecclesia xp̄iana (que kalendario romano vtit) attendat in ordine ad equinoctiū vernale vt cōpotiste tradūt (qz vt habet exodi.12. quinta decīa die mēsis p̄mi debebat pasca celebrari. ⁊ statutū eccl̄ie in ꝯcilio niceno vt beda dicit est q̄ dn̄ica primo sequēte quintā decīam diem predictam fiat festiuitas pascalis. ⁊ mensis iste p̄mus de quo textus exodi loquitur est mensis p̄mus lunaris. dz aūt vnus mensis lunaris in ꝓposito tp̄s ab vna cōiūctione solis et lune ad aliam primā sequētem. p̄mus aūt mēsis lunaris incipit a p̄ma ꝯiūctione luminariū totius anni que scz fit iuxta diem eq̄noctii vernalis. vnde q̄nta decima dies post illam p̄mam ꝯiūctionē erat i antiq̄ lege dies pascalis sed in ecclesia xp̄i dn̄ica primo succedēs) ideo etiā seq̄tur ex eodem p̄ncipio q̄ festiuitas pascalis ⁊ alia festa mobilia nō eisdem dieb⁹ mēsiū quibus iam p̄dem in eccl̄ia dei debeant celebrari: sed ad variationē dicti eq̄noctii debeant variari si statutum p̄mū eccl̄ie circa hoc nō fit abrogatū (qz quīta decīa dies mensis primi iam fit p̄us q̄ fiebat antiquit⁹ ꝓpter scz anticipationē dicti eq̄noctii in kalēdario eccl̄esie. Verum qz cōpotus dionisii abbatis (quo ecclesia in obseruatiōe festorū mobiliū vtitur) p̄supponit equinoctiū vernale sp̄ fieri .21. die marcii sicut suo tp̄e fiebat q̄n statutū consilii factum est. ideo secundū vsum eccl̄ie festiuitas pascalis ⁊ alia festa mobilia eodem mō nūc sicut ⁊ tūc celebrāt nec est cura aliqua de predicta eq̄noctii anticipatione. Et quo seq̄tur q̄ scōm dyonisii ꝯputationē sepius lunatio scōa in anno dicat p̄ma ⁊ sic festū pascale q̄nq̄ per mensem a vera cōputatione (q̄ deberet fieri scōm p̄mariā ecclesie institutionē) retardatur ⁊ post ponit. ꝯpotus ē̄ dyonisii licet p̄mo esset ꝯformis statuto ecclesie: tn̄ ꝓpter dictam cām iam est factus disformis.

¶ Quereret tn̄ aliq̄s quare vsus ecclesie sic discrepat a vera cōputatione. et quare ecclesia moderna nō celebrat festiuitatem pascalem scōm tenorē statuti concilii gn̄alis scz q̄ dn̄ica p̄ primo sequēte quintā decimā diem mēsis p̄mi fiat pasca. Dicit fortasse q̄ ecclesia ad confusionē tollendā computationē dyonisii (que notabiliter errat vt ostendim⁹) tollerare vult ⁊ scōz ipsam festa mobilia quolibet ān̄o celebrat. esset ē̄ magna ꝯfusio in ecclesia si hec ꝯputatio iam diu p oēs cristianos dispersa ⁊ visitata toleret ⁊ alia noua introduceret. qz transirēt multi anni anteqū noua talis ꝯputatio ad oēs eccl̄ias pueniret. vnde statutū illud ꝯcilii p ꝯtrariū vsum vniuersalis ecclesie videt esse abrogatum. Et sic pz quosdam temere ⁊ stulte dixisse q̄ eccl̄ia in obseruatione festorū mobiliū errat: tum qz error ignorātia est eccl̄ia aūt nō ignorat statutū ꝯcilii licet ꝓpter malū ꝯfussionis vitandū eo non vtat. tum qz preceptū dn̄i q̄ ponit exodi duodecimo est vnū cerimoniale antiquis patribus veteris legis datū precepta aūt cerimonialia euacuata sūt ⁊ nō obligant xp̄ianos. statutū etiam ꝯcilii gn̄alis ecclesie vnum positiuum est mere humanū q̄ potuit ab ecclesia abrogari. Si tn̄ ecclesia primeuo statuto nūc vellet ꝯformari hac via facile posset. quia ē̄ a tēpore dyonisii vsq̄ ad nos equinoctium vernale decem diebus anticipatum est. si in aliquo mense anni decem dies naturales in kalēdario nō computarentur sed fieret saltus per omnes illos dies iterū equinoctium fieret .21. die marcii sicut tempore dyonisii fiebat: ⁊ tūc in centum ⁊ viginti annis iterum deberet dimicti vna dies in kalendario. ⁊ sic posset perpetuari equinoctiū in eodem die mensis: ⁊ per consequēs ꝯputatio pascalis a dyonisio tradita sine errore sensibili. qz q̄n pl⁹ nō esset error nisi vnius diei. Vel posset aliter sic fieri q̄ decem p̄mi bissexti sequētes non fierent ita q̄ in .40. annis nō ꝯputarentur nisi .365. dies p quolibet anno ⁊ tunc equinoctium reuerteret ad .21. diem marcii. deinde in quibuslibet .120. annis dimitteret vnus bissextus ⁊ esset computatio dyonisii in eternū sine errore sensibili ⁊ obseruaret statutū generalis consilii adv̄nguē Nisi etiam impediret error lunationū que singule in quibuslibet .76. annis p sex horas anticipātur contra quem errorē multi diuersa cogitarūt remedia sed aliis oīb̄us melior est mod⁹ lin̄ contēntis quē etiā inseqūtur dn̄s petr⁹ de aliaco ī suis tractatib⁹ de correctīoe kalēdarii ⁊ de vo ciclo lunari. ¶ Tex. Sz expicicl⁹. dicit de motib⁹ epicicloꝝ plāetarū q̄ q̄lz epicicl⁹ hz ꝓpū motū circularē ītra suā ꝯcauitatē ⁊ scōz illū motū deferet corp⁹ plāete sibi ī fixū: sed ē dfa qz epicicl⁹ lūe ī pte supiore mouet ab oriēte vsus occidētē in īferiore vo ecōtra: sz epicicli aliorū

Correlarium De variatiōe festorum mobilium

Quare ecclia non variat dicta festa

Qd̄ comput⁹ dyonisij iā nō caret erroze

Questio.

Solucio.

Correlariū cōtra quosdam.

Quomō posset corrigi cōputus dyonisij abbatis

Capitulum quartum

quinq; planetarū in pte superiori ab occidēte versus orientē in inferiori vero ecōtra mouentur Tempus tñ reuolutionis in oibus epiciclis nō idem est qz epicicli triū superiorū planetarū scz saturni iouis z martis ab vna cōiūctione solis z planete vsq; ad aliā primo sequentē vnā pficiunt reuolutionē. sed epiciclus veneris in. 19. mēsibus solaribus semel circuit. epiciclus aūt mercurij in quatuor mēsibus solaribus. epiciclus vero lune quolz mēse semel reuoluit. corpus eñ lune quolz die fere. 13. gradus de circūferētia sui epicicli pcurrit. ¶ Text⁹. Orbes autē. Dicit de motu orbiū deferentiū auges eccentricorū in spheris planetarū z primo dat modū generalē motus orbiū istorū. scdo facit quasdā exceptōes ibi. orbes tamē. Modus generalis est q; orbes extremi in qualibet sphera planetarū qui dicūtur deferētes augē eccētrici nō habent aliū motū ppriū preter motū triplicē assignatū in octaua sphera quorū vnus est proprius primo mobili alius none sphere z alius pprius octaue. Quilibet tamē duo illorū orbium sibi inuicē in motu taliter proporcionant vt semp strictior pars vnius sit cū laciore alterius z ecōtra. alias sequeretur pentracio dimensionū vel vacuū aut rarū et dēsum in celestibus vt cōmētator z alij cōtra Ptholemeū nitūtur arguere. z tñ hoc posito nichil tale sequit. ¶ Tex. Orbes tamen. Facit duas exceptiones prima est de orbibus sphere lune. secunda de orbib⁹ sphere mercurij ibi. orbes autem. Circa spheram lune duo facit primo dicit de motu orbium deferentium augem eccentrici. secundo de motu orbis deferentis caput draconis ibi. similiter. Orbes ergo deferentes augē eccentrici lune a predicta regula aliorum excipiuntur quia neq; motu proprio none neq; octaue sphere rapiuntur sed proprius motus eorum est ab oriente per meridiem in occidentem quolibet die gradibus vndecim z minutis duodecim fere. hic tamen motus q̄uis sit ab oriente in occidentem non tamen fit per circulum equinoctialē aut super polos motus primi mobilis: sed fit per zodiacum circulum nō tñ precise per lineam eclipticam aut super polos eius: sed poli motus istius distāt a polis eclipticē vnus ex vna parte alius ex alia gradibus quinq;. et axis motus istius axem ecliptice in centro mundi intersecat. vnde et circulus per quem fit iste motus intersecat lineam eclipticam in duobus punctis oppositis. et vna eius medietas declinat ab ea versus septētrionem altera versus austrum. non tamen exit iste circulus latitudinem zodiaci sed eius maxima ab ecliptica deuiatio est q̄n q; graduum. ¶ Textus. Similiter. Ponit motum illius quarti orbis supremi in sphera lune qui simpliciter et quo ad vtrāq; superficiem mundo concentricus est. mouetur eñ ab oriente per meridiem in occidentem quolibet die naturali trib⁹ minutis fere secum alios tres orbes circūducens. neq; fit iste motus per equinoctialem sed per eclipticam lineam precise quia poli et axis eius sunt poli et axis ecliptice. et hoc motu contingit variatio capitis z caude draconis lune. vt eñ supra diximus ad hoc ponitur iste orbis vt per ipsum astrologi saluent motū duarum intersectionū cicrculi eccentrici lune cum superficie ecliptice que dicuntur caput et cauda draconis: quia ex eo q; iste orbis rapit motu suo orbem eccentricum lune prouenit q; superficies ymaginaria eccentrici lune non intersecet superficiem ymaginariam ecliptice semper in eisdem punctis eius sed continue in diuersis. et fit ista variatio versus occidētem. quomodo autem ymaginari oporteat huiusmodi superficies z quomodo fiant dicte intersectiones in tercia particula sequente videbitur. Motus tamen earum sic intelligitur quia si verbi gratia hodie caput draconis est sub decimo gradu arietis. post viginti dies iam erit sub nono gradu et post alios viginti sub octauo et sic deinceps. viderunt nanq; astrologi q; quando luna transit ab vno latere zodiaci ad aliud sub ecliptica non est semper in eodem gradu zodiaci: sed isto mēse in vno gradu illo vero in alio. quando autem luna sic transit sub ecliptica est in dictis intersectionibus. eadem experiencia clarius habetur ex eclipsibus solis et lune que non semper in eisdem zodiaci partibus fiūt. ¶ Textus. Orbes autem. Ponit exceptionem de orbibus sphere mercurij. sed aduertendum q; cum quatuor sint orbes deferentes augē in mercurio vt supra dictū est: duo quidē extremi qui dicunt deferētes augē equātis mouentur motib⁹ none z octaue spe sicut deferētes auges eccētricorū aliorū planetarū ideo de illis nō ē exceptio. sz alij duo orbes ītra istos q̄ dicūt deferētes augē eccētrici z ipz orbē eccētricū īmediate ptīgūt: ñ sic mouēt z de hiis ītelligit exceptio. mouēt eñ ab orīēte p meridiē ī occidētē

non quidem per equinoctialē sed per zodiacum ⁊ lineā ecliptica ptrāseūtq; in quolibet die ns turali fere gradū vnū zodiaci primi mobilis ꝓtra successionē ⁊ ordinē signoꝝ: ⁊ sic in vno āno solari eoꝝ reuolutio integra fit. axis tñ motus istius est modicū separat⁹ sed equidistans axi ecliptice vnde ⁊ poli illi⁹ a polis ecliptice paulisper distabūt. Isti orbes (vt supra diximus) positi sunt ad saluandū diuersitatē que apparet in auge eccētrici mercurij. illa eñ aliqñ ꝓpinquior aliqñ remotior est a cētro mūdi qd nō ꝓtingit in augibus alioꝝ eccētricoꝝ. vñ p motum hoꝝ orbiū eccētricus orbis ab eis inclusus eleuat ⁊ deprimit in diuersis anni tp̄ibus ⁊ modo distācior mō ꝓpinquior est superficiei ꝓcaue sphere mercurij. qñ eñ late ptes hoꝝ duoꝝ orbiū sunt in directo latioꝝ ptiū alioꝝ duoꝝ: orbis eccētric⁹ est nimis eleuat⁹. qñ aūt in directo sub tilioꝝ ptiū: orbis eccētricus est nimis depssus. ⁊ qñ mediocriter situant: eleuat aut deprimit eccētric⁹ ꝓpter aliū ⁊ aliū sitū pdictaꝝ ptiū. sz hoc in theoricis laci⁹ hz videri.

Triplices circuli ymaginarij

Eccētricus circulus

Equans circulus

Epiciclus circulus

¶ Ymaginamur tamē preter orbes supradictos in planetis circulos eccētricos/ equātes/ et epiciclos. Eccētricus quidē circulus per lineā a cētro orbis eccētrici planete vsq; ad eiusdē vel sui epicicli centrū protractā vna reuolutione cōpleta describit. Equans aūt circulus super cētro regularitatis motus orbis eccētrici ad quantitatē circuli eccētrici simili linea describit. Epiciclus vero est circulus per lineā a cētro corporis epicicli vsq; ad centrum corporis planete protractā vna reuolutione descriptus. Sol igit habet vnicū circulū per quē mouet in superficie linee ecliptice/ et est eccētric⁹ Eccentricus qdem circul⁹ dicit qui diuidēs terrā in duas ptes equales nō habet centrū suū cū cētro mūdi sed extra. Hui⁹ aūt circuli ptes aux/ oppositū augis/ ⁊ longitudines medie notātur. punctus eñ eccētrici qui maxime recedit a terra accedit q; ad firmamētū: appelat aux quod interpretatur eleuatio. pūctus vero oppositus qui maxime remotionis est a firmamēto/ et maxime ꝓpinquitatis ad terrā: dicit oppositum augis. sed lōgitudines medie sunt duo pūcta opposita inter augē ⁊ oppositū mediocriter a firmamēto ⁊ a terra distācia. Quilibet autē planeta preter solē tres habet circulos sz equātē/ deferentē/ ⁊ epiciclū



Duo circuli lune.

Equans quidem lune est circulus concētricus terre ⁊ in superficie ecliptice: Eius vero deferēs est circulus eccētricus terre/ nec est in superficie ecliptice imo vna eius medietas declinat versus septētrionē altera versus austrum ab ecliptica. Et intersecat deferens equantē in duobus locis/ ⁊ figura intersectionis appellatur dracho: qñ lata est in medio et angustior versus fines Intersectio autē illa p quā mouetur luna ab austro in aquilonē appellat caput draconis. cauda vero reliqua. Et est sciēdū q; tā deferēs q̄ equans saturni/ iouis/ martis/ veneris/ ⁊ mercurii sunt eccētrici ⁊ extra superficiem ecliptice. illi tñ duo sūt in eadē supficie. Epicicl⁹ aūt est circulus paru⁹ per cui⁹ circūferētiā defertur corpus planete. et cētrū epicicli semp defertur in circūferētia deferētis. Et si duc linee ducant a cētro terre ita q; includāt epiciclū alicuius planete vna ex pte oriētis reliqua ex pte occidētis: duo puncta contactuū dicūtur stationes. punctus quidem cōtactus ex parte oriētis dicitur stacio prima. punctus vero cōtactus ex pte occidētis dicitur stacio secunda. arcus autem epicicli superior inter duas stationes dicitur directio. arcus vero inferior inter easdem dicitur retrogradatio.

Cōparatio eorum.

Dracho

Capud

Cauda

Circuli aliorū quinq; planetarum.

Notabile



terre. Sed eclipsis solis nõ est defectus luis in ipso sole qz semp hz lumẽ cũ habeat lumen ex se: sed est defectus luis in aliqua pte terre ꝓpter interpositionẽ alicuius vmbrosi obũbrantis terrã in aliq̃ pte. ¶ Pro quo est aduertẽdũ scõo ꝙ dupliciter accipit eclipsis solis. vnomodo ꝓprie ꝑ defectu luis solis in aliqua pte terre ꝓpter lunã interpositã z obũbrantẽ illã ptem terre. aliomõ capit large ꝑ defectu luis solis in aliqua pte terre ꝓpter aliqõ obstaculũ obumbrans illam ptem terre quodcũq̃ sit illud. Et istomõ nubes cãnt eclipsim solis/z etiã in cauernis clausis in celariis z sic de aliis. ¶ Tercio notãdũ est et supponẽdũ ꝙ luna est minoz q̃ sit terra pz ꝑ astrologos. Ex qua suppõe sequunt correlaria. primo ꝙ non stat vmbrã lune obũbrare cõtinoẽ trã. pz qz vmbra lune cũ luna sit minoz sole ꝛtinue vadit diminuẽdo z acuendo ad modũ piramidis g̃ cũ talis vmbra sit vbiq̃ minoz q̃ luna z luna minoz q̃ terra sequit ꝙ talis vmbra vbiq̃ minoz est q̃ terra z sic nõ potest obũbrare totã terrã. Scõo sequit ꝙ nõ pot esse eclipsis solis vlis. pz qz si sic tũc vmbra lune obũbraret totã terrã qõ nõ est possibile vt dictũ ẽ Tercio sequit ꝙ possibile est esse duos vicinos quoꝝ vn⁹ habet eclipsiz solis z alter nõ. pz ex quo vmbra lune nõ obũbrat totã terrã stat ꝙ aliq̃s sit in vmbra lune z alter nõ adhuc satis ꝑ pinq̃. ¶ Istis suppositis ponunt ꝛcloes. prima est ꝙ possibile ẽ solẽ eclipsari scõo mõ. s. large ꝛclo nota ẽ de se. ¶ Scõa ꝛclo z rñsalis ꝑ isto articulo est/possibile est solẽ eclipsari ꝓprie. s. primomõ pz qz possibile est lunã esse diametraliter interpositã inter solẽ z terrã z tũc vmbra lune pringet ad aliquã ptẽ terre. Sequitur correlarie ꝙ nõ est possibilis eclipsis solis nisi in ꝛiũctione sicut nec eclipsis lune nisi in oppõne/pz qz nõ est possibile lunã interponi inter solẽ et terrã nisi tp̃e ꝛiũctionis sicut nec est possibile terrã interponi inter solẽ z lunam nisi tp̃e oppositiõis. Et si querat g̃ quare nõ fit eclipsis solis in qualz ꝛiunctione. Rñdetur ꝙ solum fit eclipsis solis qñ luna est in ꝛiũctione in cauda vel in capite draconis. et cã est qz si fiat ꝛiũctio luna extãte alibi tũc vmbra ei⁹ de directo nõ ꝓtendit versus terrã sed lateraliter solũ z ideo non fit eclipsis solis. ¶ Scõo sequit ꝙ illa eclipsis que fuit tp̃e passionis xpi nõ fuit naturalis imo miraculosa qz fiebat versus oppositionẽ. Et illud pz ꝑ auctorẽ in fine hui⁹ tractatus vbi allegat sanctum Dyonisium qz illo tũc erat paganus z magnus astrologus. Qui dixit sic aut deus nature patitur aut totalis mundi machina destruitur. ¶ Sz dubitatur quare vna eclipsis lune diutius durat q̃ alia. Respondetur ꝙ causa est qz dũ eclipsis lune fit ipsa extãte in opposito augis sui eccentrici et sole etiam tũc fit magna eclipsis z diu durat. cui⁹ causa est quia quanto sol z luna sunt propinquiores ipsi terre tãto vmbra terre latior est infra lunam ergo/ tãto luna pl⁹ appõit ad trãseũdũ illã vmbrã. sed si sol fuerit in auge eccẽtrici z luna etiã q̃ in islu na sit in cauda vel in capite drachonis tñ nulla eclipsis fit. ¶ Scõo dubitat de augmẽto z decremẽto lune/ Respõdet ꝙ luna nõ hz lumẽ nisi a sole z ideo tp̃e ꝛiũctõis ꝑs lune q̃ nõ est nobis obiecta ẽ illuiata z ideo nõ ꝓcipim⁹ lunã/sz qñ incipit recedere a sole tunc paulati aliqua pars q̃ est nobis obiecta icipit illuiari z incipit nobis apparere lũa bicornis. et illo tũc qñ incipit sic apparere dicim⁹ eẽ nouiluniũ. Et illa figura quã luna videt hẽre a nouilunio vsq̃ ad ꝑncipiũ scõe quarte dr monoydes grece. i. bicornis latine scõm tñ magis z minus In ꝑncipio scõe quarte lũa apparet ad modum semicirculi. hoc est quia medietas partis nobis obiecte est illuiata. et ista figura vocat dycothomos/ Et postea a ꝑncipio scõe q̃rte vsq̃ ad oppositionẽ luna apparet nobis gilbosa ad modũ porciõis maioris circuli z illa figura vocat amphitrios Et tũc cũ luna puenit ad oppositionẽ apparet nobis oio ꝓfecta z illuiata ad modũ circuli Cã est qz ꝑs nobis obiecta z etiã obiecta soli illuiatur z ista figura vocat panselinos/z iteruz post oppõez incipit luna diminui sicut ꝑus augebat z eodẽ mõ vocãt figure. ¶ Ad ꝑmã rõez qñ dr ꝛc. ꝛcedit maior z negat minor. z ad ꝑmã ꝓbatõez dr ꝙ verũ est a luie scõario sed bñ defit a luie ꝑmario z respectu illius dr luna eclipsari. Ad scõam ꝓbationẽ negat ꝛña quia eclipsis lune capit ꝑ ob vmbratiõe lune ꝓpt terrã interpositã. Ad scõaz rõem negat minor ad ꝓbationẽ negat ꝛña. z duplex assignat cã. vna qz ven⁹ est nimis rara z iõ nõ impedit radios solares. alia cã est qz venus ẽ nimis ꝓpinqua soli z lune ideo radii solares incidẽtes sup ei⁹ terminos causãt tñ lumẽ scõariũ ꝙ quasi apparet ꝑmariũ. Ad ꝛfirmationẽ dr ꝙ verũ est si lũa et sol eẽnt inequalib⁹ ꝓpinq̃tatib⁹ et distãtiis a terra z etiã in cauda vel in capite draconis. Ad terciã rationẽ negat ꝛña ad ꝓbationẽ dr ꝙ luna nõ est maior q̃ terra. ad ꝓbationẽ negat

Prima cõclo
Scõa concl'o.
Primũ correlarium
Scõz correlarium
Prim dubiũ.
Nota diligenter
Nõ fit eclipsis lunae quando
Scõm dubiũ
Ad ratiões questionis

minorimo luna est minor qualz stella fixa. et cū ꝓbatur dr q̃ si appareat maior hoc est ꝓpt nimiā propinqtatē. Ad quartā negat ꝓna ad ꝓbationē dr q̃ verū est sed nūq̃ puenit ad corpus planete qz mercurius nunq̃ opponit soli. Ad qntam ꝓcedit maior ⁊ negat minor ad probationē dicit q̃ verū est. et cū dr q̃ alias visum est. dico q̃ sol illo tūc erat ad huc sub horizonte sed apparebat nobis ꝓpter vapores interpositos inter nos ⁊ solē et hoc p fractionē radiorū ¶ Ad alias rōes ad primā dicit q̃ verū est nec deffectum luis in sole vocamus eclipsim solis Secūda ratio arguit de eclipsi ī ꝓpria. Ad terciā verū est sed hoc nō negat. ad probationē negatur ꝓna vnde bene impedit lumen solis ne ꝓueniat ad aliquē certū locū determinatū sed non ꝓpter hoc sequit q̃ sit fortior. Et hec de q̃stione et p ꝓns de totali tractatu de sphera.

¶ Et sic est finis questionū subtilissimarum reuerendissimi dñi Petri de aliaco doctoris parisiensis super etherea nori.

Pūcta eclipsis

¶ Digiti ecliptici dicūtur duodecie dyametri corporis solaris aut lūaris eclipsate. ⁊ cognoscuntur per argumentum latitudinis lune verum.

Minuta casū

Minuta casus in eclipsi lunari sunt minuta zodiaci que luna perambulat solem superando a principio eclipsis vsque ad medium eius si partialis fuerit / aut totalis sine mora. vel a principio eclipsis vsque ad inicium totalis obscurationis si totalis cum mora fuerit.

Minuta more

Minuta more dimidie sunt minuta zodiaci que luna solem superādo a principio totalis obscurationis vsq̃ ad mediū eclipsis perambulat.

Quō scit duratio eclipsis

Minuta casus in eclipsi solari sūt minuta zodiaci que luna a principio eclipsis vsq̃ ad mediū superatiōe sua perficit. Vnde si minuta ista per superationē lune in hora diuidant: tempus quo ea pertrāsit eueniet.

Dyameter visualis solis.

Dyameter visualis solis in auge eccētrici. 31. minuta chordat. sed in opposito augis. 34. sēper tamē que est ꝓportio. 5. ad. 66. ea est motus solis in hora ad diametrum suam visualē.

Dyameter lune visualis

Sed dyameter visualis lune in auge eccētrici et epicicli. 29. minuta chordat. in auge vero eccentrici et opposito augis epicicli. 36. semp tamen que est ꝓportio. 48. ad. 47. ea est motus lune in hora ad dyametrum suam visualem.

Correlarium

Quare sequitur q̃ possibile est vt quando q̃ eclipsis solis accidat totalis.

Diuersitates vmbre terre.

Dum sol in auge sui eccetrici fuerit: dyameter vmbre in loco trāsitus lune se habet ad dyametrum lune visualem sicut 13. ad quinq̃. excessus autem dyametri eius dum sol est in auge super eandē dum sol alibi fuerit in eccentrico decuplus ē ad differētiam motuum solis in hora quibus dum est in auge atq̃ illo alio loco mouetur.

Eclipses aliorū q̃nq̃ planetarū

Et notandum q̃ nullus alius planeta a luna vmbram terre intrare potest. Eclipsantur tamen omnes alii planete et multe stelle fixe per interpositionem.

Deuotissimū correlariū

Ex predictis patet q̃ cum eclipsis solis esset in passione domini: et eadem passio esset in plenilunio: illa eclipsis non fuit naturalis / sed miraculosa / et supra naturā. qz eclipsis solis vt dictum est in nouilunio vel circa debet contingere. Propter quod legitur dyonisium ariopagitam in eadem passiōe dixisse. Aut deus nature patitur: aut mundi machina disoluitur.

¶ Hec ē scda ps ꝑme ꝑticlē q̃ dicit de terīs ꝑtinētib⁹ ad q̃titatē ⁊ durationē eclpsiū. ⁊ ꝑo de hiis q̃ ꝑtinēt ad q̃titatē eclipsiū scdo de ꝑtinētib⁹ ad durationē ibi. minuta casū. ꝓ declaratione ꝑmi sciēdū ē q̃ lz corpa solis et lune spherica sint et rotūda: ex distācia tamē maxīa nobis

apparent plana vt etiam supra capitulo primo dictũ est vnde in materia eclipsiũ de eis sicut de circulis planis raciocinamur. ⁊ sic dyameter solis aut lune velut dyameter cuiusdam circuli plani ab astrologis existimat. q̃titatẽ aũt eclipsis sol' aut lũe qñ partialis est p dyametri partes significãt astrologi. ⁊ sic totam dyametrũ in duodecim partes equales (quas digitos aut puncta vocant) ymaginabiliter diuidũt. quot ergo ex hiis digitis aut punctis eclipsãtur totam partẽ illius luãris dicũt esse eclipsatã. vt si sex digiti dyametri lune intrarent vmbrã terre diceret medietas lune eclipsata. si aũt octo: due tercie partes lune ⁊ sic de aliis silr ⁊ de sole. ¶ Quõ aũt cognoscantur digiti ecliptici in qualz eclipsi subiũgit textus q̃ per argumẽtum latitudinis lune verũ. dr aũt argumẽtũ latitudinis lune distancia lune a capite draconis scõm longitudinem zodiaci. que si vsq̃ ad lineam medii motus lune accipiatur scõm sucessionẽ signorũ argumẽtũ latitudinis lune medium dicitur. si vero vsq̃ ab lineã veri motus lune ⁊ scõm sucessionem signorũ: argumẽtum latitudinis lune verũ. ⁊ per hoc argumẽtũ potest haberi q̃tum distat centrũ lune ab ecliptica hora eclipsis ⁊ per ꝓñs quota ps dyametri solis aut lune eclipsabit. ¶ Tex. Minuta casus. Exponit terminos pertinentes ad durationez eclipsis apud astrologos vsitatos. et ꝑmo terminos durationis simpliciter scõo terios de diuersitate durationũ specialiter ibi. Dyameter solis. q̃tum ad ꝑmum duo facit. primo exponit terminos pertinẽtes ad durationẽ eclipsis lune scõo pertinẽtes ad durationẽ eclipsis solis ibi. Minuta casus. Circa eclipsim lune duos terminos exponit scõm ibi. Minuta more. ꝑmus g̃ terminus est minuta casus in eclipsi lunari per hoc enim astrologi intelligũt minuta zodiaci q̃bus motus lune superat motũ solis in eo tp̃e quod est a ꝑncipio eclipsis (qñ scz luna incipit intrare vmbrã) vsq̃ ad mediũ eclipsis si eclipsis illa partialis fuerit aut totalis sine mora. vel a principio eclipsis vsq̃ ad inicium totalis obscurationis si eclipsis totalis et cum mora fuerit ¶ Notãdum q̃ mediũ eclipsis dr qñ centrũ lune pertingit dyametrũ lõgitudis vmbre vel ẽ in directo eius. ⁊ tũc corpus lune est tantũ eclipsatũ q̃tum est possibile illa vice. Inicium aũt totalis obscurationis est qñ iam totum corpus lune primo incipit esse sub vmbra Casus vero est tpũs quo luminare cadit in eclipsim. s. a ꝑncio eclipsis vsq̃ ad medum sed tẽpus a medio eclipsis vsq̃ ad finem dici põt euasio. ¶ Notandũ etiã q̃ cum vmbra terre vt diximus semp terminet ad nadir solis: necesse est q̃ tm̃ precise moueat conus vmbre in celo sicut centrũ solis: cũ igitur luna appropiquat vmbre oportet ꝓparare motũ lune ad motũ vmbre. ideo astrologi inuestigãt tunc excessum motus lune sup motũ solis qui etiaz est motus vmbre ad cognoscendũ certuz tẽpus ⁊ durationẽ eclipsis. si enim vmbra non moueret luna citiꝰ perueniret ad eclipsim minusq̃ duraret eclipsis. silr etiam opz intelligere circa eclipsim solis q̃ oz ꝓparare motum lune ad motũ solis. ¶ Textus. Minuta more. Exponit scõm terminũ pertinentem ad durationẽ eclipsis lune scz minuta more dimidie significat enim apud astrologos minuta zodiaci q̃bus motus lune supat motũ solis in eo tp̃e quod est a ꝑncipio totalis obscuratiõis vsq̃ ad mediũ eclipsis iam dictum mora aũt significat tp̃s totalis obscuratiõis lune. i. q̃diu tota luna est in vmbra quõ aũt perista minuta casus aut more duratio eclipsis cognoscatur paulo post apparebit. ¶ Tex. Minuta casus. Declarat vnicũ terminũ pertinentem ad durationẽ eclipsis solis scz minuta casus in eclipsi solari. sunt enim minuta zodiaci quibus motus lune superat motũ solis a ꝑncipio eclipsis vsq̃ ad mediũ eius quod est qñ cẽtrum lune peuenit ad centrũ solis vel in eius directũ. In sole aũt nõ assignãtur minuta more qz eclipsis vel nullam vel admodũ puã morulam hz. cũ enim sol sit multo maior luna vix potest luna totũ solez obũbrare ⁊ ideo qñ totũ eclipsat nõ potest diu durare totalis illla solis occultatio supra lunaz sed q̃cito totus sol eclipsatus est tamcito incipit aliqua pars eiꝰ aparere. ¶ Deinde ibi. Unde si. Ondit quõ per supradicta minuta casus aut more cognoscant duration es eclipsiũ solis ⁊ lũe. cognoscitur enim tp̃s talis duratiõis hoc modo accipiat motus lune in hora p suam tabulã ⁊ sit. v. g. 32. minuta cũ medio accipiat etiam motus solis in hora tp̃e eclipsis per suam quoq̃ tabulaz et sit. 2. minuta cum medio. ⁊ qz motus solis est minor subtrahat a motu lune ⁊ remanebunt triginta minuta que dicuntur superatio lune in hora et iste numerus scilicet triginta sit diuisor. accipiantur etiam minuta casus in eclipsi lunari aut solari vel etiam minuta more vt. v. g. minuta casus in aliqua eclipsi lune sint. 50. et sit numerus diuidẽdus. tunc minuta

quid argumẽtũ latitudinis lune.

Quod est mediũ eclipsis

Quare eclipsis solis nõ hz moram

ista casus scōm artem algorismi per superationē lune in hora scilicet per.30.minuta diuidāt et numerus quotiens inde ꝓueniens sunt hore. ⁊ ꝑ q diuidendo.50. per.30.numerus quotiens est vnitas.i.vna hora.deinde residuū ex diuisione scz.20.minuta multiplicent per.60. et ꝓuenient.1200.qui nūerus iterū diuidatur p supationem lune in hora scz per 30.⁊ nūerus quotiens inde ꝓueniens scz. 40.erunt minuta hore. Et si aliquid ex hac diuisione fuerit residuum iterū multiplicetur per.60.⁊ numerus inde ꝓueniēs iterū diuidat per supationē lune in hora ⁊ numerus quotiēs erūt scōa horaꝝ ⁊ sic apparebit duratio eclipsis per horas ⁊ minuta ⁊ scōa. Si aūt minuta casus essent ita pauca q̃ non possent diuidi p superationem lune in hora multiplicentur per.60.⁊ ꝓductū diuidatur per supationē lune in hora ⁊ nūer⁹ quotiens erūt minuta horaꝝ ⁊ tūc duratio illius eclipsis nullā haberet horas sed minuta ⁊ alias fractiōes sequētes. Et eodēmō esset operādū in minutis more eclipsis lune ⁊ in minutis cas⁹ eclipsis solis ad habēdam durationē more lune sub vmbra ⁊ durationem eclipsis solis ¶ Sz circa hoc aduertēdū q̃ astrologi solum accipiūt minuta casus ⁊ minuta more dimidie nō aūt minuta euasionis aut alterius medietatis more: qz in quolibet toto oēs partes eiusdē denoīationis sunt equales ⁊ scita q̃titate vnius scit q̃titas cuiuslz alterius. casus aūt ⁊ euasio sunt partes eiusdem denoīationis in duratione eclipsis scz medietates. similiter etiā due dimidie more sunt partes eiusdē denominationis in duratione totalis obscurationis. ⁊ ideo habitis minutis casus habent ⁊ minuta euasionis ⁊ habitis minutis dimidie more habētur ⁊ minute alterius dimidie. vnde etiam scita duratione casus scitur ⁊ duratio euasionis ⁊ scita dimidia mora scitur et alia dimidia. vnde per operationē supra dictam non haberentur nisi hore et minuta medietatis eclipsis vel medietatis more scz a principio eclipsis vsq̃ ad mediū ei⁹ vel a principio more vsq̃ ad mediū eius. illo aūt tēpore duplato haberet tempus toci⁹ eclipsis. qn̄ aūt eclipsis lune est totalis ⁊ cum mora tūc casus ⁊ dimidia mora sunt medietas eclipsis sed in eclipsi lunari sine mora ⁊ etiā in eclipsi solari sol⁹ casus ē medietas eclipsis. ¶ Tex. Dyameter solis. Exponit alios terminos pertinentes ad diuersitates durationū eclipsium vbi notandum est q̃ eclipsis totalis lune cū mora ⁊ etiam eclipsis totalis solis aliqn̄ maioris aliqn̄ minoris sunt durationis. ⁊ etiam eclipsis solis totalis aliqn̄ obscurior aliqn̄ minus obscura est ⁊ hoc est ꝓpter maiorem vel minorem solis aut lune a terra remotionem in suis orbibus eccentricis. ꝑmo g̃ exponit terminos pertinētes ad diuersitatem durationis eclipsis solis scōo pertinentes ad diuersitatem durationis eclipsis lune ibi. Dum sol. q̃tum ad ꝑmū duo facit qz ꝑmo exponit dictos terminos scōo infert vnū correlarium ibi. Quare sequitur. Circa ꝑmum exponit duos terminos scōm ibi. Sed dyameter. Primus g̃ terminus est dyameter solis visualis. est enīm illa dyameter circuli solaris que nobis q̃titatem solis visualem mensurat. et hec sole exn̄te in auge sui eccentrici.31.minuta ecliptice chordat.i.apparet illa dyameter solis tanta q̃ta est corda vnius arcus ecliptice.31.minutoꝝ que sūt fere medietas vnius gradus. Sed qn̄ sol est in opposito augis eccētrici dyameter visualis solis est sicut corda arcus ecliptice.34.minutoꝝ quia tūc sol maior apparet cū sit nobis ꝓpinquior. Qn̄ aūt sol in aliis locis sui eccentrici fuerit: hec est regula inueniēdi dyametrū solis visualez. querat tunc motus solis in hora hoc est minuta zodiaci que sol ꝑtransit in vna hora qn̄ est in tali situ ⁊ ille arcus ecliptice se hz ad arcū quē chordat dyameter visualis solis in eodē situ in ꝓportione sicut q̃nq̃ ad.66.que est sub tredecupla sesquiq̃nta vt.v.g. si sol esset in longitudine media sui eccētrici ⁊ motus eius in hora esset.2.minuta cū medio dyameter visualis eius chordaret fere.33.minuta. ¶ Tex. Sz dyameter. Exponit terciū terminū scz q̃d ē dyamet lune visualis ⁊ quō variat. vbi notādū est q̃ in omni ꝓiunctione solis et lune sil'r ⁊ in omni oppositione epiciclus lune ē in auge sui eccentrici. q̃ g̃ in vna eclipsi solis sit luna ꝓpinquior aut remotior a nobis q̃ in alia non ꝓuenit nisi ex parte epicicli lune. sic ergo dicit q̃ dyameter visualis lune (que quātitatem apparentē lune nobis mensurat) luna exn̄te in auge eccentrici ⁊ epicicli.29.minuta ecliptice chordat.i.apparet corda arcus.29.minutoꝝ ecliptice. Sed qn̄ luna est in auge eccentrici ⁊ in opposito augis epicicli tunc dyameter visualis eius.36.minuta ecliptice cordat quia tunc luna apparet maior et est terre ꝓpinquior. In aliis autem locis epicicli luna exn̄te si epiciclus in auge eccentrici fuerit hec est regula dyametri visualis eius

Quod astrologi solā dimidiam durationē eclipsis cōputant.

qm̃ motꝰ lune in hora in tali situ epicicli se hꝫ ad arcum quem chordat dyameter visualis eiꝰ in eodem situ sicut.48.ad.47.hoc est in ꝓportione sesquiquadragesima septima vt.v.g. si luna esset in auge eccẽtrici ⁊ in longitudine media epicicli ⁊ motus eius in hora esset.31.minuta zodiaci tunc dyameter visualis eius.30.minuta ⁊.22.scꝑa chordaret. ¶ Tex. Quare sequitur. Infert vnũ pulchrum correlariũ cuiusdẽ cõmunis dubitationis solutiuũ quomodo scꝫ cum luna sit multo minor sole potest ipsum totum eclipsare ita vt aliquãdo per interpositionem lune eclipsis solis fiat totalis. Et respõdet q̃ ex predictis pꝫ hoc esse possibile dictuꝫ est eim̃ q̃ dyameter visualis lune aliquãdo est equalis aut maior q̃ dyameter visualis solis q̃ possibile est lunã totũ solem nobis ocultare. eclipsis eim̃ solis vt dictum est nõ est priuatio luis in sole sed sola obumbratio que non fit nisi ad apparentiam aspectuũ nostrorum. si ergo quãtitas visibilis lune aliquãdo maior est quantitate visibili solis poterit nobis totũ solem occultare. Et confirmatur hoc qꝛ scõm perspectiuos vt supra capitulo primo diximus radii visuales solis veniũt ad nos pyramidaliter et ad angulũ concurrentes. cũ ergo luna sit nobis valde ꝓpinqua occurrẽs angustie pyramidis quãdoq̃ occupat totam latitudinem pyramidis ⁊ sic occultat totam basim. sicut etiam quãdoq̃ videmus q̃ vnus homo ante nos positus occultat nobis magnum montem propter eandem causam. ¶ Textus. Dum sol in auge. Exponit alium terminum pertinentem ad diuersitatem durationis eclipsis lune qui est dyameter vmbre. vbi notandum est q̃ quando est eclipsis totalis lune ⁊ cum mora aliquãdo est maior aliquando minor duratio eclipsis: etiam existente luna in eodeꝫ loco epicicli ⁊ eccẽtrici q̃ non nisi ꝓpter crementum ⁊ decrementũ vmbre terre potest cõtingere. Declarat ergo quomodo pyramis vmbre aliquando est latior aliquãdo vero subtilior dicens q̃ quando sol est in auge suiorbis eccentrici vmbra terre est latior quia minor portio terre tũc illuminatur q̃ sole alibi exãte ꝓpter maiorem scꝫ a terra distanciam. sicut etiam perspectiui dicũt q̃ maior pars lune illuminat in coniũctione q̃ in oppositione eiꝰ ad solem ꝓpter maiorem ꝓpinq̃tatem. Dyameter ergo trãsuersalis vmbre (que scꝫ mẽsurat latitudinem pyramidis in loco transitus lũe) quando sol est in auge eccentrici sui se habet ad dyametrum visualem lune sicut.13.ad.5.hoc est in ꝓportione dupla super tripartiente quĩtas. Sed quãdo sol est in aliis locis eccẽtrici dicta dyameter vmbre in eodeꝫ loco est minor. quãta aũt sit hoc modo iueniet accipiatur motus solis in hora dum sol est in auge vt.v.g. duo minuta et.20.scꝑa accipiatur iterũ motus solis in hora quando sol est in alio loco eccentrici scꝫ ad mediam longitudinem et sit.2.minuta et.30.scꝑa. excessus vnius motus ad alterũ est.10.scꝑa iste aũt excessus decupletur ⁊ fient.100.scꝑa. tunc capiatur corda arcus ecliptice.100.secũdoꝝ et tanto maior est dyameter vmbre quãdo sol est in auge eccentrici quã dyameter vmbre dum sol est in longitudine media q̃ta est illa corda arcus predicti. ¶ Tex. Et notãdum. Hec est scꝑa particula huius partis in qua determinatur de eclipsibus aliorꝝ quinq̃ planetarꝝ a luminaribus ⁊ determinatio sua facilis habet duas partes. prima est q̃ nullus aliorꝝ quĩq̃ planetarꝝ potest eclipsari eomodo quo luna eclipsatur scꝫ per casum in vmbram terre. scꝑa pars est q̃ oẽs alii planete a luna ⁊ etiã multe stelle fixe q̃ scꝫ sunt in zodiaco vel ꝓpe possunt eclipsari eo modo quo sol eclipsatur scꝫ per interpositionẽ lune vel alterius planete. Prima pars pꝫ qꝛ nulla stella siue erratica siue fixa supra solem potest intrare vmbrã terre qꝛ illa nõ pertingit nisi vsq̃ ad celũ mercurii. Sed de venere ⁊ mercurio ꝓbat qꝛ vmbra terre vt dictũ est semp dirigitur ad nadir solis. hii aũt duo planete nõ tm̃ recedunt a sole vt veniant aliq̃ ad oppositionẽ eius. qm̃ venus q̃ plus distat a sole est per duo signa. mercurius aũt nũq̃ vltra vgnũ signũ. vnde hii duo coiter dicuntur satallites solis. Scꝑa ps ꝓbata est supra cũ de ordine celorꝝ inq̃rere mus oĩs eim̃ stella inferior potest superiorẽ sub zodiaco eclipsare. ¶ Sꝫ circa hoc hoc dubitatur qꝛ cum luna vt dictũ ẽ vmbrã iaciat in presencia solis: videt q̃ planete superiores possint intrare vmbrã lune ⁊ eclipsari. Et item venus et mercurius cum sint inferiores sole deberẽt aliq̃ ipsũ eclipsare sicut luna facit q̃ tm̃ nunq̃ videmus. Ad primũ dubiũ dr q̃ tres planete superiores nõ possunt intrare vmbrã lune. quia cũ luna sit multo minor terra ⁊ multo propiquior soli: multo etiã minorẽ habebit vmbrã. vnde nõ poterit pertingere vsq̃ ad celũ martis maior eim̃ distancia est a luna vsq̃ ad martem plusq̃ in decuplo q̃ a terra vsq̃ ad mercurium

Due dubitationes

Ad primum.

vbi terminatur vmbra terre. Venus etiā et mercurius nō possunt intrare vmbrā lune qr vmbra illa nō recte sursum porrigit nisi qñ luna est in oppositione solis ad quaz oppositionē isti planete nūq̄ puenīūt vt dixim⁹ qz semp stant iuxta solem. Luna aūt qñ est iuxta solē scz in p̄mis et in vltimis saptē diebus mēsis lunaris vmbrā suam neqz directe sursum neqz directe deorsū ad terrā sed lateraliter extra terrā subcōcauo orbis lūe porrigit. sic igit nullus planetaz preter lunā pōt eclipsari ꝓpter casum eoz in vmbraz. nisi forte quis vellet dicere q̄ alii planete q̄nqz vmbras ꝓiciūt in pñcia solis ⁊ seipos eclipsant qd tñ nō est ꝓbabile cum sint corpora dyaphana.. ¶ Ad scōm dubiū dr q̄ mercurius est multo minor luna atqz a terra remotior. ideo nec totā pyramidē solis nec partē notabilē ei⁹ occupat ⁊ sic qñ mercurius ē sub centro solis dyametraliter in p̄ceptibilis reddit ⁊ nichil sensibile de sole eclipsat. Devenere aūt idē dicēdū est licet eñ ipsa sit modico maior luna tñ multo distantior a terra est q̄ luna vñ pyramis radiosa solis in celo veneris latissima est ⁊ nō posset venus sensibilē ptem ei⁹ īpedire nec solē sensibiliter eclipsare. vel dicendū vt prius q̄ isti duo planete nō sūt corpora opaca ⁊ vmbrosa sed perusia ⁊ perspicua ideo nō obūbrāt nobis claritatem solis. ⁊ dato q̄ essent corpora vmbrosa dr q̄ vmbre eoz nō ꝓtingūt vsqz ad nos propter causam dictā scz qz multo anteq̄ ad terrā pertingāt terminātur ⁊ nō apparēt sic vmbra lune. veruntñ si quis artificiose hora ꝓiūctionis solis ⁊ horū duoz planetaz corpus solare posset intueri forte punctura aliquā nigrā in circulo solari notare posset. ¶ Tex. Ex p̄dictis pz. Hec est tercia pticula huius partis in qua ex hiis que dicta sunt circa eclipsim solis auctor tanq̄ vir catholicus ⁊ ver⁹ christicola infert deuotissimū cortelariū quo totū opus suum ⁊ precipue hanc terciā partem hui⁹ quarti capituli ordinat ⁊ dirigit in cultū obsequiū ⁊ honorē dei. Ubi notādū est q̄ licet astrologia a multis satis incōsiderate iudicet supsticiosa ⁊ dāpnanda velut falsa ⁊ sacre doctrine a diuersa. tū si vt Ptholemeus dicit in p̄ncipio quadripriti ipsam via phica ⁊ modo naturali velim⁹ accipere non supersticiosa aut vana sed dignissima doctrina ⁊ inter sacre sapientie ancillas precipua apparebit. vñ qui oī supersticione dimissa eā voluerit perscrutari multa et magna diuineqz sciencie subseruiēria ⁊ q̄ in maiestatis diuine ad mirationē inducūt ex ea poterit elicere. vt eñ iuxta p̄ncipiū huius libri dixim⁹ de nullo magis saptām potenciā ⁊ bonitatē dei ad miramur quam de celoz ⁊ astroz ornatissima ꝓpage que astrologie theorematib⁹ cognoscit. Inter cetera aūt in q̄bus liberalissima hec doctrina imperiali sue dñe sacre sciēcie inseruit potissimū est q̄ circa maximū miraculoz rp̄e passiōis christi factū ⁊ docet ⁊ mōstrat. tūc eñ vt hystoria tradit euāgelista cunctis stupētib⁹ ab hora sexta vsqz ad horā nonā sol obscuratus est ⁊ tenebre facte sunt sup vniuersam terrā. dies aūt passionis xp̄i erat luna q̄nta decima scz dies oppositionis luiariū. qz vt euāgeliste dicūt xp̄s p̄ma die azimoz passus est. s. in die sancto pasche q̄ exodi. 12. quīta decīa die mensis p̄mi iussum est celebrari. cum igitur supra astrologia nos docuerit eclipsim vel obscurationē solis naturaliter nō posse fieri nisi ī nouilunio scz p̄ma die lune cū ipa soli ꝓiūcta est: seq̄tur necessario q̄ illa eclipsis solis nō fuit naturalis sed pure miraculosa ⁊ supra naturā. Et q̄dem si bene inspiciam⁹ quinqz maxīa miracula fuerūt in hac eclipsi. Primū fuit ex parte tp̄is ⁊ hoc etiā tangit textus qz scz illa erat dies plenilunii ⁊ nō noui lunii vt ꝓtingit in aliis eclipsib⁹. Scōz miraculū fuit ex cursu lune q̄ naturaliter motu ꝓprio ab occidente in orientem ꝓgredit. in hac aūt eclipsi visa fuit a dyonisio vt infra ꝓbabitur citissime venīēs ab oriente versus meridiē vsqz dū stetit sub sole. vbi per tres horas q̄euit ⁊ claritatē solis hoibus obumbrauit. posteavero ad ꝓpriū locū versus orientem fere in īstanti regressa est. ⁊ sic hora sexta ⁊ hora nona visa fuit sub sole. sed vesperi sole occidente ipsa in oriēte apparuit soli opposita. Terciū miraculū fuit ex parte aqua incepit eclipsis. qz vt supra dictū est oīs eclipsis naturalis solis īcipit apte occidētali corporis sol sed tunc illa eclipsis incepit a parte solis orientali. vt enim diximus luna retrocessit ab oriente versus meridiem et sic primo tetigit solem ex parte orientali. Quartum miraculum fuit ex parte a qua sol lucere incepit post eclipsim quia in aliis eclipsibus pars solis que primo occultatur primo apparet post medium eclipsis. sed in hac eclipsi pars occidentalis solis que postremo fuit eclipsata primo detecta fuit. contra vero de parte orientali. eo q̄ lūa nō pertransiuit solem sed stetit sub eo ⁊ postea retrocessit. Quintū miraculum fuit ex duratiōe

Ad secūdam.

Quod astrologia valde seruit theologie.

Quinqz miracula eclipsis solis in passione dñi. primū

Scōm

Tercium

Quartum

Quintum

eclipsis. qꝛvt dictum est supra eclipsis solis que naturaliter fit aut nullam aut parvulaz habz
mozam sed in hac eclipsi vt euãgeliste dicũt fuit moza triũ hozaꝝ naturaliũ scz ab hoza sexta
vsqꝫ ad hozã nonam. Aliud miraculũ ponit hyezonim⁹ qꝛ scz sol non modo ex interpositione — Aliud miraculum
lune obscuratus est sed ipe radios suos retraxit vt vel dñm pendẽtez in cruce nõ videret vel
ne crucifigẽtes ⁊ blasphemãtes christũ sua luce fruerenť. ¶ Si aũt aliq̃s querat cur de tam — Questio
hozrenda tãqꝫ mirabili eclipsi astrologi aut phi illius tempozis nullã reliquerunt memozia z
in libzis suis. Ad hoc dicit Origenes ꝙ hec eclipsis nõ apparuit nisi in terra inda in qua xps — Solutio origenis
omnia sua miracula voluit ostendere. ⁊ hoc vult dicere textus euãgelicus cum ait super vniuersam terrã scz inda. qõ a simili ꝓfirmat ꝑ illud quod dr̃ tercio regũ viuit dñs deus tuus si ẽ gens aut regnũ vbi nõ miserit me dñs meus querere te: vbi intelligit de gẽtibus que sunt circa inda. Alii tñ doctozes dicunt ꝙ illa eclipsis apparuit in vniuersa terra habitabili super cuius hemisperiũ tunc erat sol. verũtñ astrologi illius tempozis nõ aduertebant nec putabant — Alia solutio
ꝙ in tali die deberet fieri eclipsis solis cũ esset luminariũ oppositio ideo forte putauerunt ꝙ hec solis obscuratio esset ex aliqua nube spissa soli supposita ⁊ neglexerũt ampli⁹ aduertere Sed cum in egipto nulle vn q̃ fiant nubes ideo phi ⁊ astrologi qui tũc illic aderãt hoc tã grã de portẽtũ notaueft ⁊ in scriptis suis memoriã ei⁹ relinq̃rũt. vñ Eusebi⁹ refert ꝙ flegon q̃ oli — Eusebius
piadũ egregi⁹ supputator fuit libzo. 13. de hac eclipsi sic ait olinpiade. 202. magna ⁊ excellẽs inter oẽs q̃ ante eã acciderãt defectio sol' facta dies hoza sexta ita in tenebzosã noctẽ versus vt stelle in celo vise sint terreqꝫ mot⁹ in bitinia nicene vzbis multas edes subuerterit Sed vt Origenes dicit hic flegon declarauit hoc factũ fuisse sub tiberio cesare. nõ tñ expressit tũc fuisse oppositionẽ luiarium Dyonisius etiã de quo textus mencionẽ facit ⁊ qui tunc erat in egipto nõ athenis vt quidã putant in epla ad policarpũ dicit se hãc eclipsim solis vidisse ⁊ miracula iam notata per ozdinẽ narrat. ait enim in opinabiliter soli lunã incidentẽ videbam⁹ in egipto exñtes. Unde tanto ꝓdigio stupefactus ad eos qui secũ aderant dixit Aut de⁹ nature patitur aut mũdi machina disoluitur. quia fide quadaz occulta seu instinctu spũs sancti redemptiõis nostre ⁊ fructifere christi passionis misteriũ cognouit: qua delicta nostra pertulit et paradisi portas illucvsqꝫ clausas aperuit vnigenitus dei filius. quo nos perducere dignet̃ ille ĩ cuius noĩe omne genus flectat̃ ⁊ sine fine viuit ⁊ regnat deus vnus. Amen. — Beatus dyonisius galiaꝝ apostolus

¶ Et sic est finis huius egzegii tractatus de sphera mũdi Johannis de sacro busto anglici et doctozis parisiensis. Una cum textualibus optimisqꝫ additionib⁹ ac vberrimo ꝓmentario Petri ciruelli daroceñ ex ea pte Tarraconeñ Hispanie quã aragoniã ⁊ celtiberiã dicũt oriundi. Atqꝫ insertis ꝑ subtilib⁹ q̃stionibus reuerẽdissimi dñi cardinalis Petri de aliaco ingeniosissimi doctozis quoqꝫ parisiensis. Impressum est hoc opusculum anno dñice nativitatis 1498. in mense febzuarii parisius in campo gallardo oppera atqꝫ impensis magistri guidonis mercatozis.

1498

Dialogus disputatorius.

P.C.D. In additiones immutationesq; opusculi de sphera mundi nuper editas disputatorius dyalogus Interlocutores Daroceusis et Burgensis

MAgna pfecto est quorũdam hominum vesania: qui indignum et crudele putant antiquorũ dicta (et si ad maiorẽ veritatis elucidationem id fiat) quempiam aut corrigere aut immutare. quasi eorum hoc pacto nomia denigrentur in eternum vel alias per mansura deleantur. Nec ea nempe paucos ad modum fefellit opinio. neminem certe videas qui equo animo et non quasi sub iratus veterum auctorum monumenta quoquõ verti aut reprehendi audiat Sed nec me hoc a spherici opusculi additionũ, ac textus quarũdam imutationum editione deterrebit communi vtilitati p virili mea satisfacere studentem tam et si quamplurimos esse sciam et quidem amicissimos qui me temeritatis arguant ⁊ levitatem impingant. Sed quis hic est quẽ michi obuiũ conspicio, pcedẽtem. Meus forte gunsalus est. et certe is ipsus est nisi fallor. Nescio quid aim eius angit aut qua sollicitudine vexatur. video lentum incessum defixosq; humi oculos ⁊ incomposite vestis in curiam? Ibo ⁊ eirem hanc aperiam consilium super ea petiturus. ingeniosus nanq; est et liberalibus disciplinis apprime eruditus. Saluus sis mi gunsale. Burgeñ. Tu quoq; suauissime petre saluete. Quid hic labentis secane fluxus spectans agebas? An reflexos occũbentis solis radios speculabare? Expertus ne es in concursu radii cum catheco ymaginem appere vti pspectiuã communem explanans nobis demonstrasti? D. Id ipm. Sed tuq̃d michi sab tristis veniens videbare? B. Non possum tibi mentem meam non apperire. Audiui ⁊ certo scio te preclaras commentationes in spheram Johannis de sacro busto (viri sentẽcia mea in astronomia peritissimi vt eius plura demonstant scripta) edidisse. D. Noui quorsum istec. B. Sed audi obsecro rem totam. D. Fare vt lubet. me tibi faciles prestare aures decet qui id a te potissimũ optez. B. Nec id tibi satis visum est nisi auctoris etiam ipsius (quem nec iniuria multa ante nos secula coluerunt) textum plerisq; in locis immutares atq; vt ita dixerim innouares. D. Et tu haud quaq̃ hoc recte factum arbitraris? B. Recte? D. Quid ni? B. Quid? quod virum tam multa etate pbatum nequaq̃ sine de decore a quopiam incusari posse existimo. D. Nosti philosophorum ingenia qui vt veritatem semper in honore ceteris ante ferrent: vetustissimis auctoribus ac preceptoribus carissimis contradicere non erubuerũt. Reprehendit enim Platonẽ omnesq; pene maiores suos Aristoteles. B. Et multis ob hoc temporib⁹ cachodemõ habitus apud Athenas ⁊ post mortem omnium fere ore vocatus. D. Ah ha. vulgus hec o amice existimauit non docti non boni non deniq; sapientes. qui eum cunctis et preteritis ⁊ futuris facile anteferendum iudicarunt et philosophorum principem constituerũt Nondum hieronimum legisti mira de eius laudibus scribentem. B. Recte ais. Monstrum ei nomen indidit. D. Facetus es. Sz missa istec ridicula facias. cuius queso phisolophorum doctrinam tan multi coluere mortales? cuius vnq̃ scripta tandiu integra et in corrupta manere? B. Nullius. Nec tñ eo illi gloria parta est q̃ platonis doctissimi ac sanctissimi preceptoris sentencie fuerit obuius. sed q̃ vt quidam ex nostris ait. ꝫ oim figmẽta perosus. Lincea in ethereos attollens luia vult⁹. Vidit in hac vnũ mundi testudine numen. ⁊ oim peue generũ dogmata calluit q̃ diuino quodã stillo posteris scripta reliq̃t. D. Et tu mecũ letis. Nec eñ nobis ideo nomẽ aliqõ speram⁹ (si tñ q̃rend⁹ honos est) q̃ tanti auctoris verba nõnunq̃ et sentencias immutauerimus. sed q̃ veritatem (vti domin⁹ concessit) plene patefacere anhelantes ea inseruimus que nobis necessaria visa sunt ex egregiis sapientum virorũ monumẽtis excerpta. sed vt pleniusti bi satisfaciam nõne Paulus apostolorũ principem Petrum reprehendit? B. Quia scz vbi scandali periculũ imminebat ei parcendõ nõ putauit. D. Audi etiam et alios. que cedo etas Origenis laudes nõ celebrabit? aut que nãvirum aliquem vnquam habuit origene doctrina clariorem? B. Multa eius scripta nequaq̃ fidei veritati consonant. D. Pleraq; tamen diuine scripsit. verum nec ei in errore vel minimo deprehenso parcit Augustinus. qui Cipianum etiam martyrii laures iamiam donatum in multis carpsit. sed satis fuerit Hieronimus ⁊ Aug⁹ sacrorũ doctorũ precipui sese mutua rephẽsione (vbi op⁹ erat) prosecuti. quid hic dicas? quid ꝓtrahere poteris? iam superest, vt mecum sentias et in hac

Plato
Aristoteles

Babtista mãtuanus

Petrus
Paulus
Origenes

Cipianus
Augustinus
Hieronym⁹

editione michi adiutor sis. quid enim respondere valeas tantorum virorum exemplis adductis quib⁹ id me honeste facere posse monstraui? B. Subcumbam tandem vt video. sed nichil hucusq; actum putes. multa enim clarissimis illis viris licuere: que nos honeste agere nequimus. aliorum tibi argumento opus est ad hanc rem clarius cōmonstrandam. D. Bonam de te spem concipio. sed quoniam alios petis dabūtur et alij. B. Est etiam aliud quod te ab hoc opere potissimū arceat et tu ipse cum noueris facile acquiesces. D. Et quidnam illud est? B. Scies postea. inceptum nunc sequere. D. Truncato capite oriri capita video. faciundum tamen est quod postulas. sed dic oro quid id est? B. Id quod infelicem codrum perdidisse satyricus narrat. sed tu tempus assidua interrogatione protrahens alios coniectare quos in mediū afferas D. Haud recte concipis. tanta enim turba est vt non facile vel paucissimos commemorare valeam. B. Callid⁹ certe es. nouo adhuc prohemio veteris narrationem spectans. inuocastin? D. Te non ab re semper amaui qui michi ita iucundus sis. sed nūq; me hodie nisi contentis deseres. B. At qui hoc vel maxime opto. D. Ausculta igitur paucis. Nosti quāto in honore Petri lombardi doctrina semper habita sit cui⁹ sentencias theologi omnes quasi textum cōminiscuntur. nec ideo tamen indubie ei in omnibus dictis credendum censent verum ipsum in plerisq; contempnunt. Thomas etiam solempnis doctor preceptores suos in multis arguit. tota quoq; Johannis scoti doctirna confutationibus dictorū Thome et aliorum referta est. demū qui secuti sunt solertissimi Nominales acerrima in vtrūq; spicula contorquent. nec ob id tamen eorum aliquem minor fama sequitur. Adessent nobis multi alij auocati quos eternitatis laurea dotat mutius inter se altercationibus dissidentes clarissime propositum ostēsuri. Est enim animi ingenui alios si vsq; vt homines errauerūt pie aut interpretari/ aut corrigere/ semperq; veritatem pro viribⁿ tueri. Nec quia priores peritissimi fuerunt posteris idcirco inueniende veritatis via clausa putanda est. scienciarum enim velut fluminū teste philosopho per continuam additionem fiunt incrementa. Quare age conceptum iam depone furorem/ nec verbis verba repelle; sed veritatem quam iamdudum vt video concepisti pande propala ac pronūcia. B. Video te iam deffectum et tuo ligone facile confossum iri. disceptationem hominū qui litteras sectātur proposito tuo inseruire credidisti. D. Quod sez vnde aliorum eterna manent nomina: dedecus nobis nō timeam⁹. B. Optime loqueris. Sed quanta reipublice litterarie detrimenta oppinantiū diuersitas attuleric vel tuipse commemora. hinc enim euenit vt perpaucos inuenias preter Horacij documentum nulli⁹ addictos iurare in verba magistri. Is stoicus est. ille peripateticus. hic Thomam sequitur ille scotum alius deniq; alium. quod sequitur vt rari sint veritatis participes et tutores. quid queso scholastico viro indignius turpius ve q̄ discipline veritatiq; obuiare? at alicui⁹ doctoris sectam pertinaciter profiteri obstaculum sapere cupiēti noster asserit Aristoteles. D. Nostrum dicis quem prius cachodemona putasti? B. Asturus certe es iam prelibatione veteris. Eya age responde si me tibi vis consentire. D. Respondebo vt iubes et si per difficile sit obiecta reiicere nitar tamen vt cumq; dabitur id efficere quod institui. Quod ex doctorum altercatione accidisse ais vt paucissimi veritatis lumen agnoscant: nichil vero simile est. dubitatorum enim solutio (vt philosophus inquit) veritatis quesite est manifestatio. posteriorum igitur argumenta priorem sentencias elucidant atq; declarant. oportet itaq; dubitare inquirentem quatinus vtriusq; partis auditis rationibus/ se datisq; affectibus intellectus ab omni motu animi liber verum inuestiget. hoc autem maxime fiet si que diuersi senserunt discutiantur et aliquo tanq; fundamento posito quid alij de hoc quod queritur iudicent inspiciatur. nō tamē doctorem aliquem ita immittari vt quicquid is dixerit omī putetur falsitate carere recte factum dixerim. id enim humani ingenij fragilitas (deo specialiter non adiuta) non patiť. Sed nec id nostri parisij philosophi faciūt q̄ q̄uis Aristotelis vt plurimū vestigia sequētes aliorū tamē sentēcias (qui preclara multa ei addiderunt) audire non renuūt: nisi forte nonnulli qui non philosophie sed pertinacie potius alūni censendi sunt. Nec eoz hoc qui scripserūt vicio dandū est sed hoīm poti⁹ ignauie īputandū. luce igiť clari⁹ apparet q̄cq̄d obiecisti repulsum. B. Id tibi ita videť. superest tamen maior huius negocij pars quanq; eñ me etiā renitente diuersas hoīm sentēcias perscrutari sciaz inq̄rēti plurimū ꝓducere oñderis: vbi tñ cūcta demō

Petrus lombardus.
Thomas Scotus
Nominales
Horacius
Parisiēses philosophi

strationum certitudine inuestigantur (vt in mathematicis quarum astrologia vehementissima est fieri consueuit et a te ipso sepe numero audiui) nequaq̃ videtur reprehẽsioni aut opinantium varietati locus esse. aut igitur auctor hic (cuius sentencias passim aut additione aut immutatione corrigendas putasti) in cunctis delirus est (quod tantorum iudicia virorum qui eum hucusq̃ secuti sunt falsum ostendunt) aut in nullo prorsus carpendus erat. D. Astrologiam o amice Aristoteles philicam magis q̃ mathematicam ostendit: quod scz supremorum corporum motus potissimũ perscrutatur. B. Scio quid vellis subiungere ⁊ me debiliter tibi multũ instasse. Sed ad rem queso veniamus. et vtinam liber nobis daretur vt facilius singula possemus percurrere que aut cõmutanda aut erradenda penitus iudicasti. D. Ecce adest. ad te eñ deferebam vt iudicium tuũ promeres quod (vt video) cõmunẽ vulgi opinionem sequit ¶. Sed age nunc et loca singula recita in quibus tibi male aliquid aut adiunxisse aut litterere ordinem conuertisse videmur. B. Et quatuor probemij propositorꝫ primũ nimis pstrinxisti. quartũ vero longo tractu dilatasti. D. Ita res exposcebat. precipua enim primi capituli inuestigatio circa formam mundi versatur. probemij autem est eorum q̃ diseruntur principalia tantum proponere. caput etiam quartum vt facilib⁹ singula intelligerentur aliquantisper protraximus: commodũ igitur fuit eius titulum ampliare. sed minuta hec sunt perge vlterib⁹ B. Duas tantum is auctor sphere diffinitiões ⁊ abũde satis apposuerat. tu aũt terciã quãdã a te cogitatam premisisti. cui diuisionem a geometris non visam inseruisti. multaq̃ alia ibidẽ nescio qua ductus ratione addidisti. D. Due ille sphere descriptiones quas homo hic ab Euclide et Theodosio sumpsit obscure ⁊ difficiles sunt ⁊ magis q̃ introductionem deceat. aliaz igitur faciliorem et si non verba mentem tamen oim geometrarũ continentem anteponere fuit necesse. qua pre via due alie facilius intelliguntur. Inde vero sphere diuisionem ab autẽticis geometris habitam subiunximus. duasq̃ auctoris descriptiones alteri sectionis parti (vt Euclidis et Theodosij specialiter spheram diffinientium sensus clarior haberetur) aptauimus. orbem quoq̃ alterum prefate diuisionis membrum (quem etiam auctor iste paulo post spheram sicut multi geometre appellauit) statim diffiniuimus atq̃ distinximus. que ad quarti capitis intelligentiam non paruũ momentum afferre videbuntur. axis preterea diffinitionem quadam adiecta particula completam effecimus. et demũ predicta omnia ad mundi corporei machinam (vt tractatus insinuaretur intencio) applicauimus. B. Recte factum. sed dic queso cum auctor iste sphere diuisionem eius diffinitioni (nec absurde) dyaletico artificio subiunxerit: vt quid tu textu eius resecto forme mundi dispositionem subnectens eib⁹ litteram peruertisti. D. Michi non peruertisse sed conuertisse potius videor. prima nãq̃ diuisione quam secundum substantiam dixit non totam sphere cõmunitatem sed spheram dũtaxat vniuersi partiri intendebat. que vniuersalis mũdi machine diuisione nondum habita poni non debuit cum sit hec illius sub diuisio. Secundam autem per accidens scz sphere diuisionem capiti secundo vbi de recto et obliquo horizonte fit sermo reseruauimus. B. Nec iniuria profecto. vt quid enim neutiq̃ necessariam sphere diuisionẽ apposuerit vniuerse compagis formam pollicitus explanare non facile coniectari possim. Sed nec quare tu decimam faciias spheram nouem solum ab auctore Ptholemeum Alphraganum Thebit ceterosq̃ antiquos secuto sufficienter enumeratis perpendere valeo. D. Perpendes vt video quãdo rationi cedere incipis. Denus enim celorum mobilium numer⁹ a modernis astrologis congruentissime ponitur: qui triplicem octaue sphere cognoscunt lationẽ. quos idcirco probauim⁹ quod exactissime omniũ celestium motuũ tabule Alphonsine hunc celorum numerũ sibi prestituunt. B. Genus et patriam pretefers qui clarissima hyspani principis monumenta p viribus tueri et ampliare conaris. D. Sic etiam quando ratio consonat fidos decet subditos. sed tu textum prosequere. B. Ubi celi reuolutio sensibilib⁹ experimẽtis comprobat cõmode satis vt reor apparẽtia inferiorꝫ motuũ signa adiecisti. Sz dic michi cũ de celi rotũditate agit quare rationẽ Alphragani qua pbat celũ multi laterꝫ planũq̃ nõ esse pmutasti? D. Apperiã vt potero silfam eius legeris. B. Si celũ inq̃t esset planũ aliq̃ pe celi esset nobis propinquior alia illa scz que esset supra caput nostrum. D. Et si motu firmamenti angulus ad zenith no-

De additõib⁹ primi capituli

strum perueniat costa autem ad horizontem: nũquid que supra caput nostrum esset stella nobis propinquior ceteris esset que in horizonte? B. Nequaq̃. et cognosco idcirco te non sine causa sequentem etiam litteram immutasse precedentiq̃ concordem effecisse. Et que iuxta rotunditatem/ordinem/motum/et quantitatem elementorem apposita sunt: non paruã vtilitatem cum his cõmentationibus allatura. Sed discutienda cetera sunt quo clarior michi et aliis veritas elusescat. Ad secundum igitur capitulum transeamus in quo pauca adiecisse videris litteram etiam non multis in locis immutasse. D. Nec expediebat quidem nisi q̃ vbi de zodiaco circulo agitur littere seriem pro maiori facilitate transmutauimus. ⁊ nonnulla de longitudine et latitudine locorum habitabilium terre (que facilem in cosmographiã Ptholemei aditum prebeant) circa meridianũ et horizontem diseruimus. B. Verum certe ais. pulchro eñ ordine suis ĩ locis cuncta inseruisti. Expediendũ est tamen id in quo sepius tam lectores q̃ auditores velut in salebra herent cognituq̃ difficilimũ putãt ortus scz ⁊ occasus signorum prout astronomi sumũt. quem is duplicem rectum scz ⁊ obliquum posuit tu tertiũ excogitans parem hiis addidisti. D. Ne videlicet signorum que equali tempore cum totidem gradibus equinoctialis ascendunt: hec recta hec vero obliqua faterer. ⁊ q̃ nonnulla sint quibus neutrius ortus diffinitio competere valeat. B. Ea vt puto que triginta dumtaxat equatoris gradus in suo ascensu cõmitantur. D. Ea ipsa. B. Me quidem nonnunq̃ magna huius rei ambiguitas tenuit que te audito pulsa omnis euanuit. D. Hoc nichil est sed que sequuntur plerisq̃ ardua vixq̃ intelligibilia/aliis autem veritati disona visa sunt. B. Hos tu videris probasse qui nouas regulas interserens eius textum in hac parte oĩno deleuisti. D. Nec id absre factũ cẽsebis si modo michi auscultes. quod vt leuius fiat eius verba profer. B. Et est inquit sciendum q̃ in sphera recta quatuor quarte zodiaci inchoate a quatuor punctis duobus scz solsticialibus ⁊ duobus equinoctialibus adequantur suis ascensionibus/id est quantum temporis consumit quarta zodiaci in suo ortu in tanto tempore quarta equinoctialis illi conterminalis perorirur. D Cuius queso rei noticiam hoc capitulum pollicebatur. B. Id titulus monstrat ortus scz et occasus signorum in vtraq̃ sphera. D. Ut videlicet que signa recta que ve obliqua vbiq̃ habitantibus oriantur et occidant eo tradente cognoscam⁹. cum igitur non omnes partes zodiaci equas habeant ascensiones et occasus opus fuit in aliquibus eius arcubus equalitatem ascensionũ inuenire. B. Et id quidem auctor iste belle admodum explanauit cũ quartas zodiaci in sphera recta sibi ipsis in ortu et occasu per hoc equari ostẽdit q̃ cum qualibet earum nonaginta gradus equinoctialis ascendunt atq̃ descendunt. D. Potius igitur dicendum fuit id est quantum temporis consumit vna quarta zodiaci in suo ortu in tanto tempore alia quarta eiusdem zodiaci ab eisdem punctis terminata perorirur. similiter et de occasu. B. Paruũ quid hoc est facileq̃ ex auctoris littera haberi potest, D. Non tamen ab omnibus presertim incipientibus quibus introducendis presens dirigebatur opusculum. Sed age q̃uis ad quartas equinoctialis relatione facta id quod sequitur (partes illarum quartarum variantur nec habent equales ascensiones) forsan tibi sicut et aliis multis difficultatem ingeret precipue quod in hui⁹ declarationem paulo post subdit inq̃ens. Et notandum q̃ non valet talis argumentatio isti duo arcus sunt equales et simul incipiunt oriri et semper maior pars orirur de vno q̃ de reliquo ergo ille arcus citius perorietur cuius maior pars semper oriebatur. B. Quid hic nota dignũ inuenisti. licet enim cũ tota zodiaci quarta tota etiam quarta equinoctialis oriatur: non tamen cum quantacũq̃ quarte signiferi parte tanta quarte equatoris pars orirur. vt pote cum vno zodiaci signo non vnum equinoctialis signum sed quandoq̃ plus quandoq̃ minus signo conscendit et sic partes ille variantur. D. Pij lectoris officio fungeris sanã dum queris dictorum intelligentiam. hunc etenim sensum ipse approbo. quem etiam in textu nouissime apposito expressi. sic autem nolle se intelligi auctor ipse paulo post monstrat cum subdit. si enim sumatur quarta pars zodiaci que est a principio arietis vsq̃ ad finem geminorum semper maior pars orirur de quarta zodiaci quam de quarta equinoctialis sibi conterminabili et cetera. Alio igit modo et quidem ab omni astrologica veritate alienissimo hanc partium varietatem accepit quam tu expo-

De additõib⁹ scõi capituli

De additõib⁹ tercij capituli

sueris. B. Neq; hic sensus a veritate defferre michi videtur. D. Immo multum differt. assumpta enim ortus obliqui diffinitione prius habita ab oibusq; concessa. et hoc sub sumpto auctoris dicto vnum manifeste falsum cōcluditur predicta scz omnia tria signa prime quarte zodiaci eorūmq; opposita oblique oriri/reliqua vero sex signa recte sub equatore habitātib⁹. q astrologorum etiam mediocriter docti facile negabunt. B. Mira quadā affectiōe huic homini aduersari conaris cum tamē ipse sane intelligi possit. ratione eñ a principio quarte facta semper alterius duarum quartarum simul orientium vsq; ad earūdem finem maiorē partem ortam videbimus. quod in dissolutione formate contra se argumentationis auctor palā ostendit. nec ortum rectum aut obliquū horum signorū (vt tu ei impingis) docere hic voluit. D. Vut. quorundam glosatorum quos inter exponendum textum castigauim⁹ opinione falleris. Illi quidem verbum hoc semper maior pars oritur id est orta est glosant: qui quā inepte dicāt ibi videre poteris. Auctor vo ⁊ si non fecerit debuit tamen que signa recte que ve oblique in sphera recta oriantur ⁊ occidant diuisim quātum introductio patitur determinasse vt a principio promissis finem imponeret. B. Optime loqueris. ignauus enim doctor est qui se multa ostensurum promittit que postea tradere aut nequit aut negligit. Eundem quoq; errorem ei ascribendū putabis cum de ortu signorum in sphera obliqua loquens ait. due medietates zodiaci que sumuntur a duobus punctis equinoctialibus adequantur in suis ascensionibus partes autem illarum medietatum variātur secundū suas ascēsiones. quoniam in illa medietate ⁊c. D. Et re vera maiorem quanto medietas quartam magnitudine excedit. aut enim proposito non satisfacit: aut omnia sex signa que sunt a principio arietis vsq; ad finem virginis oblique eorū/autē opposita oia recte oriri in sphera obliqua eodē modo cōcludit. qō quam falsum sit tabulas ascensionū aut astrolabium consulens experiri poteris. B. Necessario vteris argumento. nec quid pro eo respōderi possit video. teq; philosofice reipublice nō parum cōmodi hac tua editione adductur coniicio qui materiam istam omnibus pene difficillimam tua opera sic per viam effeceris/atq; regulas de occasu signorum in vtraq; sphera ab auctore isto pretermissas/modūq; ascensionū signorum in diuersitate horizontis obliqui/ et in plaga meridionali eidem ignotum tradidisti. D. Sed hec vt plenius intelligas: Tu qui tanto tempore in hac auctoris nostri editione laborasti dic oro ex eius ipsius verbis que signa recta nascuntur que ve prona descendūt in sphera hac parisiensi. B. Medietates que a pūctis equinoctialibus sumūtur sibi conterminatis equatoris medietatibus in ascensionibus adequari respondebo. D. Et ego idem querēti obliquū circulum simul cū toto equinoctiali oriri equa facilitate subiungam. B. Non igitur recte responsum arbitraris. D. Tu ipse iudica. B. Nequaq̄. respondendum enim sigillatim fuit hec signa recte hec vero oblique ascendere quod auctor noster pretermisit. et tu hisce regulis vsus belle admodum perstrinxisti. D. Id pretereea quod subiungitur a nemine vicio dandū forte putabis. B. Quid nam. D. Arcus autem inquit qui succedunt arieti vsq; in finem virginis in sphera obliqua minuūt ascensiones suas supra ascensiones eorundem arcuū in sphera recta quia minus oritur de equinoctiali ⁊c. B. Ecquem hic errorem deprehēdis? D. Crassus nimis patensq; est ⁊ qui nulla queat tergiuersione celari. Cancer eñ leo et virgo que sunt prime medietatis signa in sphera obliqua non minuūt sed ascensiones suas notabiliter augent. Ecōtra autem capricornus aquarius ⁊ pisces in secunda medietate ortu suo nimis diminuta videntur ab eo quod erat in sphera recta. B. Ita certe monstrant ascensionū tabule. et ego quidem hunc hominē cuncta que dixisset a clarissimis viris delegisse arbitratus magnam hucusq; ei fidē adhibui. D. Nec minorē deinceps adhibeas oportet. nullius eñ vt dixim⁹ ex hoc auctoris nomen denigratur famave minuitur q̄ nonnūq̄ ab aliis corrigat. quādoquidē ⁊ ipse si adesset errorēq; perciperet seipm corrigeret aut corrigētib⁹ ꝓsentiret. Nec bñ dicētib⁹ solū vt nr̄ ditat phis gratie habēde sunt sed hiis etiā qui aliter enūciauerūt. nec fuit vnquā tā grandis doctor (seclusis hiis qui sacros libros scripserunt) qui in multis non cespitauerit. vnde ꝓuerbiū illud exortū est quandoq; bonus dormitat Homerus. omnes nāq; priores nostri quantū ipsi valuerūt coadiutores in veritatis adinuentione posteris sese prebuerunt. quare eos amore quodam prosequi debemus

qm̃ primi se in palestra hac nostra litteraria exercuerunt ⁊ tutum nobis patefecerunt aditū, hoc tamē pacto vt rationi sit semp plusq̃ auctoritati hūane credendū. B. Ita faciunō cēseo. sed cetera si qua sunt absolue. D. Ea ꝓponere tua interest. B. Cum de diuersitate dierum ⁊ noctium artificialiū sermo est duplici eius rei causa existēte non absq̃ ratione te scōdz prime anteposuisse opinor. D. Quia scz ortum ⁊ occasum diuersum signoꝝ dierum ⁊ noctiū diuersitas sequitur. vnde ⁊ causa que ex ascensionū diuersitate sumitur prior atq̃ efficatior nobis visa est ea que ex inequalibus circuloꝝ portionibus accipitur. B. Recte factum, nec recte minus clariorem climatis diffinitionē videris adiunxisse. D. Age dum quarti capitis additiōes aggrediamur. B. Notandū inquit q̃ sol habet vnicū circulum per quem mouet in superficie linee ecliptice ⁊ est eccētricus. D. Rides vt opinor absonū elocutionis exordium. B. Ita est sum nāq̃ petulanti splene cachino. D. Quid queso in hoc capīo auctor ostendēdum ꝓposuerat. B. Proprios planetarū motus quos p circulos eccentricos ⁊ epiciclos opinione Ptholemei saluare nititur. vnde et a circulis recte exorsus est. D. Nonne motus oīs corporis est? B. Id phisica theoria demōstrat. D. Circulis igitur qui corpora non sunt motus attribuere non debuit. B. Fateor. D. Atq̃ idcirco corporeoꝝ orbium dispositiōes quas ex Purbachij theoricis delegimus huic parti adnexuim⁹. ⁊ hij motuū planetarū cause sunt. Circulos etiā quos non incōmode astrologi ymaginantur auctoris littere conformiter adiūximus. De motibus quoq̃ none ⁊ stellate sphere pauca quedā inseruim⁹. Nec non diuersas planetarū passiones explicauim⁹. B. Abūde certe cūcta ꝯplexus es. quibus neglectis rei quesite vel minima noticia haberi non potuit. Sed nichil hacten⁹ de eclipsib⁹ tetigim⁹ quas hic michi semp eclipsasse visus est. ita eñ breuiter loquut⁹ est vt paucissima astrologo digna notauerit generalia dūtaxat nec ea oīa interens. D. Nec ob hoc carpend⁹ venit. tanta eñ tāq̃ difficilia sunt que plenam de eclipsibus noticiam prebent vt longe multo maiorem tractatum expostulent q̃ introductionem deceat. nos tamē pro virili nostra elaborauimus vt q̃uis omnia nota non fierent que tamē potissima visa sunt nequaq̃ pretermitterētur. B. Immo ita eclipsium tā luminarium q̃ aliarum stellarū causas/ diffinitiōes/ ⁊ diuisiones diseruisti vt nichil pene intactum relinqueretur. D. Terminos etiam nōnullos quātitatē/ durationē/ varietatēq̃ eclipsiū concernentes quo singula clarius intelligerētur in calice operis adiecimus. B. Probe certe admodum. D. Contētus itaq̃ es ⁊ tibi vt hec edantur satis placet. B. Placeret vtiq̃ si pri⁹ hec Rodericus noster vasurtus resciuisset. q̃ ita profunde vt nosti mathematica hec callet vt alter nostris temporib⁹ Alphonsus appareat. adde etiam q̃ nostri amantissimus est ⁊ nisi q̃ verum cognouisset consuluisset nichil. D. Id locoꝝ interualla non patiūtur noui tamē hoīs ingeniū qui cum recte ⁊ tantoꝝ viroꝝ exemplis me hec fecisse cognouerit non poterit nō ꝓbare. Nec eñ coī hoīm morbo laborat. B. Nisi falsam hanc opinionē a me repulisses que de patrie tue parētis laudibus concinui (eā eñ mirū īmodū extollere cōsuesti) edacibus flāmis mandassem. edes tamē siuis collegij petā ad te q̃ primū delaturus. tu me interim operire et scapham cōscende pisces hamo decepturus. D. Abi igitur. B. Nūq̃ michi futurum putabā vt opinionem hanc ita contentus desererē letor tamē q̃ nūc verum cognoscam. sed ꝓperandum est. D. Grande aliquid michi hodie effecisse videor qui amicū ita a stulta estimatione deiecerim. profuit tamē vnū quod ⁊ si nonnūq̃ verbis tm̃ pugnatum est vbi tamē veritatē ratio monstrauit illico aquiescere videbatur. sz scio alioꝝ pertinaciā hac via deleri non posse. qui ⁊ multi sint ⁊ nulla prorsus ratione ducantur. sed eccum ipm̃ redeuntem. festinus certe es. B. Quid piscatus es? D. Poeticum illud quo me paulo ante deterruisti. B. Ecce adsunt carmina que in Daroce cōmendationē ludētes coniecimus vt cūq̃ tenuis nostra minerua cōcessit.

De additōib⁹ quarti capīi

Rodericus vasurtus

¶ Gunsali Egidii Burgensis Carmen.

Qui sacros latices optas haurire minerue:
Qui cupis ex paruo discere multa libro:
Huc ades ingentes Petri cognosce labores.
Cuius mellifluo manat ab ore melos.
Cui fauet ex alto deus ipse et sincera virgo/
Quēq; latent clari sydera nulla poli.
Hunc daroca hesperie genuit gratissima tellus:
Altera bethleem grandia dona tenens.
Nascentis domini teneros ea suscipit artus:
Hanc ille ingreditur menis nota petens.
Nam mahumet eis perculsi durius armis
Proponunt alto reddere corda deo
Aragones cristo dediti. atq; expellere regno
Mauros. tunc Xatiuam perfide gaza tenes
Hancq; berengarius non multo milite septus
Expugnaturus numina sancta vocat.
Et iubet extemplo bellantum turba virorum
Pandat presbitero crimina cuncta libens.
Ipse sed imprimis (ductores quinq; sequuntur
Quos prior intererat) non benefacta piat.
Dumq; sacro christi festinant corpore pasci:
Prefecti et fundunt vota precesq; deo:
Ecce ruit vasti per summa cacumina montis
Hostis: et indomitus prelia gaza ciet.
Linquunt sacra duces. concurritur agmine facto
In mauros. orcho plurima turba datur.
Victores redeunt fouit quos christus Ihesus.
Numine quo fretum dura timere nefas
Cristicole illesi morti non occubat vllus.
Equibus ast octo vulnera pauca premunt.
Dumq; panem viuū repetunt (quē forte sacerdos
Cum putat attonitus cuncta parata neci:
Lintheolo inuoluens nitido decliue sub antrum
Multa timens ipso clauserat in nemore):
Quot prius in mensa cerealia liba minister
Sacrarat: totidem carnea frustavident.
Que lino illisa et rubeo concreta cruore
Non vi non vlla forte mouere queas
Non hec vulcanus nec adunco forcipe cyclops
Auellat. vires impluit ipse deus.
Obstupuere omnes. patrias mittuntur ad vrbes:
Qui mauros victos miraq; facta ferant.
Et simul exquirant que sit sentencia cunctis:
In que nam sacrum menis corpus eat.
Miracloq; viri attoniti stupideq; puelle
Undiq; conuenīt cernere sacra auidi.
Scinditur incertum studis incontraria vulgus.
Muros quisq; optat claudere sacra suos.
Una sed e multis placuit sentencia tandem:
Donanda hec linquit numera tanta deo.
Extruitur capsa auroq; argentoq; superba.
Quam preciosa nimis multaq; gēma tegit.
Huic sacra includūt. optantq; ex omnibus vnam
Quadrupedem. hanc tāto pondere capsa pmit
Et ne forte domū repetat/pastus ve moretur
Pratorum: gemino lumine destituunt
Subiiciuntq; oneri. ducit deus ipse vagantem/
Ne errare sinit/qua sed oportet agit.
Per varias vrbes nunc has nunc pretexit illas
Velox nec media sistitur illa via.
Insomnisq; manens/libauit flumina nūquam:
Nec pasta est multo pondera passa die.
Est darocā contra quod non via longa remouit
Templum/nunc clara relligione sacrum:
Qō Marco obtulerat patrū cariosa vetustas
Huic soliti ciues vota precesq; dare.
Destitit hic quadrupes longum testata laborem
Et subito casu viscera rupta dedit.
Cum primū Daroce conscendit menis rumor:
Festaq; sunt cunctis iam patefacta viris:
Occurrunt leti domino iuuenesq; senesq:
Atq; sacerdotum maxima turba ruit.
Excipiunt corpus/sacraq; in sede Marie
Condunt miraclis splendet vbi assiduis.
Cūq; dei corpus gaudent celebrare per orbem
Cristigene/et cenam cōmemorare sacram:
Multorum hic adsunt tunc agmina densa virorū:
Qui Darocam z sacrum cernere corpus auēt.
Quā multi inferni manes/q̄ spissa malorum
Turba: et quot classes fert mare velivolum.
Tam multa hic varie videas discrimina lingue.
Tam varios homines ciuitas vna capit.
Mendax nec tantum miratur grecus athenas:
Victrici ve aquile gloria tanta fuit:
Nobileq̄ Daroce clarūq; hyspania nomen
Tollit: et ad superos igneq; astra refert.
Quare age quē clarū delectant premia phebi:
Quem dulci gremio docta thalia fouet:
Quem varios solis cursus phebesq; labores:
Horrida quem celi noscere signa iuuat:
Huc ades z docti perpendas dogmata lector
Petri. qui tantam gaudet habere matrem.
Hic tibi qua pugnax mundus compage tenetur
Monstrat. et ethereum que via corpus habet.
Hic inq̄ verbis perstrinxit plurima paucis.
Hunc sequere et poteris grandia nosse. Vale.

¶ Ex ade protoplausti inobediencia omnes eius posteri impotentiam simul ⁊ ignorãtiam incurrerunt. vnde et Aristoteles magnus ille philosophus proprie conscius fragilitatis/difficile inquit nono methaphisice est hominẽ errores vitare. Quod et si in cunctis humanis actibus eueniat: in libris tamen scribendis ob litterarum/syllabarum/dictionũ/⁊ orationũ varietatem (in quibus omnibus eque attentũ correctorem adesse haud facile est) id creberrimũ fit. Quare si in hac nostri operis editione (quam dedalicis artificibus formandã credidimus) litterarum excessu deffectu aut transpositione permutatione ve alicubi mendas perceperitis: id ministrorꝫ tum ignorantie tum incurie non malicie ascribite qui profecto nature instar monstrum euitare perfectumq; reddere opus intendebant. In epigrãmate tamẽ toti operi premisso vbi Si varias aves repperitur: dicendum fuit varios. Et infra Quos pmit: aut surgens porroget: loco proroget ponitur. postea sequitur. Sideros ortus. pro sidereos. Inde subditur. Orbis vt incisus septena erraucia versit. esse debz verset. Et in versu Est ca put augustum: dici debet angustũ. Tandem cum dicitur Nũc pholemee redis. ponendũ est ptholemee. Cetera si qua sint errata diligens corrigat lector. Deo gratias.

CAPELL
DEN·PH
ALIACU
SPHMMN